1324
10-2
M-417

QVÆSTIO VESPERTINA.

Vtrùm Deus diligat sua bona intrinseca ex more stricti

QVARTA CONCLVSIO.

DILIGIT se Deus vtique necessario, diligit & eorum odit quæ fecit, sed peccatum à numine abest: id circo detestari illud potest sicut detesta inquam) cumque peccatum inueniatur in hom xus est prauitatem, incipit esse odibilis Deo, & habeto, qui fieri possit, quod Deus quem nullu re audet, nihilominus odio implacabili damn rum vt causans eis malum, & supplicium infligens dignus appare Adde quod cum voluntas creata non indigeat vera obiecti bonita eius, sed bonitas apparens satis sit & superque; ita Deus capax est damnatorum tametsi in nihilo malus existat.

QVINTA CONCLVSIO.

INTELLECTVS diuinus modo quo sunt, & non aliter pote re bona ipsius, & cum possessa sint statim dimanat gaudium in se ipso. Quibus non obstantibus proximius ad diligat se amore, quem strictum appellamus prou derio. Diligit Deus creaturas existentes vt finis qui, specificatiuum finiti, & ratio formalis sub qua reliqua attingit bonitas est infinita cut omnia propter se ipsum operatus est, & pariter propter se diffu dilectionem effundit. Sed creaturæ possibiles non possunt terminare Dei. Poterunt tamen amari, ita vt vellit eis bonum existentiæ, & ficut bonitas creaturarum possibilium solum est possibilis iuxta nos ita censeo creaturas possibiles minime terminare complacentiam statum possibilitatis.

SEXTA CONCLVSIO.

ILLVD proprie videtur quod præsens vtcunque sentitur; præ fariam concipitur pro diuersitate temporis, vel durationis qu existit. Æternitas præteritum, præsens, & futurum tempora a pe quo pacto verum sit dicere Deo præsentia sunt omnia. Insup futura conditionata, cum non affuerit decretum terminatum ad co nullatenus erunt præsentia Deo, neque extrahi à statu merę possibi dem iudicium ferendum de futuris conditionatis, & absolutis quan centiam Dei in illis: nostra sententia est Deum futura absoluta ama centia; cæterum circa futura conditionata, tum disparata, tum conne rit Deus quam circa mera possibilia per similem carentiam complace

culpæ, ut contingit in eo qui erat in reatu multorum peccatorum mortalium ante iustificationem, si aut culpa esset sola p[...]tio gratiæ, et non aliquid positivum ab ea distinctum, non sent esse duæ mutationes, quia infussio formæ et expulsio[...]tionis oppositæ eadem mutatio est.

M.417

Hinc et colligetis rationem propterquam una culpa potest esse maior quam non possunt videre affirmantes esse privationem gratiæ a[...] cum illa privatio sit in facto esse quæ non suscipit magi[...]nus ut mors et cæcitas, culpa aut a nobis assignata cum pura privatio potest recipere magis aut minus, sicut in[...]tio actionis eius causa, quæ sm. S. Thm. 1a. 2a. q. 7[...] est sicuti infirmitas quia non auffert totam rectitu[...] rationis sibi oppositam.

Sed Dicetis ex Conc. Trident. ss. 5a. can. 2o. per ori[...] a primo parente traducitur in posteros peccatum quod est mor[...] quod peccatum originale est privatio iustitiæ originalis [...]uita animæ. Ro. cum S. Tha. q. 2a. malo art. 9o. [...] 2m. ubi expressio docet quod peccatum formaliter non est animæ nisi causaliter nam formaliter mors animæ est [...] gratiæ aut iustitiæ, sicut gratia et iustitia est formaliter [...]catum quia demeritorie et dispositive causat pri[...] gratiæ, causat et mortem spiritualem, et ideo dixit [...] mortem esse stipendium peccati, et Jacobus cap. 1o. peccatum cum consumatum fuerit generat morte[...] idem S. Th. loco citato in Rne. ad 6m. animadve[...] peccatum non potest esse privatio gratiæ nisi causaliter [...] privatio iustitiæ originalis. Et Scotus in 2o. d. 3[...] argor. 1a. q. 1s in Rne. ad 3m. et ultm. expresse docet [...]bus quæ ad peccatum originale concurrunt scil. [...] iustitiæ, debitum habendi iustitiam, et demeritum [...] Deus privat gratiam et duo priora expresse dicit esse a De[...] solum a nobis, quod duo priora in eius sententia non possunt [...]tum originale, sed necess. 3m. quod est demeritum [...] est a nobis a quibus dr esse perditio, sed non demeritum [...] quod optime dicit solum esse in scia divina sicut in cognosce[...] habituale quod est effectus pri demeriti actualis Adami; propt[...] quod originale peccatum potius comparatur peccato iam quie[...] aia post actum transeuntem etc. (ut superius relatum est) [...]dem d. 33. sequenti q. unica in solut. ad 5m. et d. 2[...] 2i. q. et unica in solut. ad 3m. ubi expressissime docet [...]

inferius natibus, et in peccato originali sunt in quo nales
solum Xpi reatum quem hic existens in peccato originali.
argumentantur ; nec vera sententia explicata quia fieri pot
missa culpa remaneat reatus, quia remanet pena, quia iniuste
geretur ei qui non est dignus ea pena ; reatus non est culpa ori
lis aut actualis, ans aut patet quia remissa culpa originali
cient multi defectus tam in potis quam in toto natura ut ex qu
dictis constat, remissa et culpa actuali per penitentiam, iuste
ent remitta pena solvende. Prosolut. huius argti legite
1a 2ae q. 87. artº 6º et 3a pte q. 69. precipue artº 5º et
artº precipue 4º. Doctores alios scholasticos partim indistincte
mo, partim in distinct. de poenit. In huius solut. sententiam
abi certis, Primo certa fide tenendum est qd per gram bap
em remittitur ois reatus sicut et ois culpa ita expresse definit
t in conc. Trid. artº 5e. 5a can. 5º. Dicit art S. Th. artº
q. 5 qstiº Parcel exactas voces pp quas quamvis nihil
remaneat in renatis merito tamen remaneant alique na
quia natæ defectum consequuntur legite illam, et 3a pte
artº 4º. ratio roem pp qd remissa culpa per penitentiam
ant alique pena correspondentes conversioni inordinatæ
is nulla remaneat correspondens aversioni, unde colli
cett ad 1m qd quem ad modum absolute concedimus abla
culpam ablata, eveluine quia est formale in peccato
formali non pot abesse res remanere, ita ablato reatu
dente aversione simpliciter aufferri reatus, quamvis
aliqua dignitas correspondens conversioni, sed hæc dig
non est simpliciter reatus appellandus sicut nec pena sat
quia remanet non est simpliciter pena et ita merito i
ctor 1a 2ae q. 87. artº 6º in fine corporis et ad
ad 1m docet qd reatus qui remanet, non est reatus simpli
em cum reatu qui prius erat, ante remissionem culpæ
ae q. 6. de paenitentia. Unde patet solutio argti pro
m culpa non remanet reatus nisi de quia nocua sicuti nec
ea ius ratione est qd sit innocua et ibidem idem au
cet. Quare aut per gram baptis talem auferatur reatus om
etiam per sacram penitentiæ opinione R. Dem author 3a pte
artº 4º in Wic adultm.

Pro argumentatur quia fieri pot qd [illegible] simul
qd male inferebamus prioritatem iusti originalis non
atum et actualem quia est pena, Prosolut. legite S. Th.
q. 87 artº 2º ubi expresse docet qd peccatum originale
pot esse per se penam et culpa, quia derelicta culpa originali
ficienter a deo peccanti, derelicta nº pena per se est

quod sit

diuinæ uissionis. Propter hoc argm̄ refert D. Bonau.ª loco citato quidam teologi concesserunt in pueris huiusm.ⁱ pœnam sens interioris, sed optime eam reiiciunt Scotus loco citato, et q.ᵉ 5.ª citata de malo art.º 3.º nam immerito imo iracio liter inquit S. Tho. aufferti a pueris altera pœna sensus est minor et hæc illis concedunt, cum ex Aug.º inquiri c. 93. illorum pœna sit nitissima. Confirmat Scotus quia tristitia sit eorum quæ nollentibus accidunt, necess.º in p cum hac tristitia ponenda est perbersitas. l. obliquitas luntatis contra diuinam ordinationem statuentem il pœnam, et ita esset in eis obstinatio quæ non esset contra illud Ecclesiastes 11. ubi quinq̄ ceciderit etc. esset desperatio quæ cum pribatione diuinæ uision maxima pœna inferni ut docet Chrisostomus hom. 47. in matheum. R.º ad argm̄ dicendo qd non in eis tristitia quia non est cognitio supernalis si qua non pōt haberi notitia illius pribationis diuina ssionis, et per consequens nec tristitia, qd si in die ju perbenerint ad huiusm.ⁱ cognitionem per diuinam tionem non erit aduc tristitia quia non poterit ē nata uoluntas de nobo pribationem assignata uidentes hoc exigere diuinam iustitiam non ferent talem pribationem quando aūt Sancti lib. de fide ad Petrum c. 23. et de fide et operib Gregorius lib. 9.º moralium c. 12. affirmat hu pueros cruciandos ēē in igne etc. excessiue loqun dicit D. Bonau.ª loco citato in solut.ᵉ ad 1.ᵐ 3.ª Pe nos negantes oēm pœnam et culpam originalem dem m.º R.ᵗ S. Th.ˢ q.ᵉ 5.ª de malo citata art.º 1.ᵐ

De Cognitione animarum separatarum agit S. Th.ˢ 1.ª 89. Legite illum de 1.º autem Peccato primi paren le illud fuerit tractat idem 2.ª 2.ᵃ q.ᵉ 163.ª doctores Scholastici in 2.º cc.ª dist.ᵐ 21.ᵃˢ et 22.ᵃˢ sed dictæ q.ᵉ pertinent ad disputationem peccati originalis quam et utinam Deo auspice absolbimus hæc de Peccati originalis.

finis

DEO gratias

INCIPIT DISPUTATIO

De ignorantia.

QUOMINTER. Vulnera ppter 1m peccatum Adami inflic
ta et principem locum obtineat ignorantia ut ot. S. Ths 4o. 1a
d. 52. absoluta disput. peccati originalis merito 1o hoc de ig
ntia disputandum est.

Tria aut capa reducam quae de ea doctoribus Scholasticis in
rationem adeciso solent. Primo allatis variis diuisionibus igno
quae ratae ipsa possit et causa peccati nel peccm explicato
narae possit excusare a peccto. Postremo 3o quo modo possit
uere rationem cum re et pecti.

rdo sunt authores Scholastici in 2o. cca dist. 22 as. Ths 1a 2ae
5. et qe 3. per alo art. 6. 7. et 8. sed doctissimus et gnuden
de hac re tractat Cordoba toto libro 2o. 3i.

Caput Primum.

Primum pter accedenda cum habitu tripliciter possit aliq nid opponi
citer et ignorantia summit 1o sm ed negative opponit scia et car
ia di in eo qui caret aliqa scia nel cognitione quam
habere honestum tamen illi debita. Et hanc ignorantiam et in
s sequit D. Dionisius 9. cap. Celesti hierarc. 2o modo sum
ro et privative opponit scia sm ed dicit carentiam rei aptae
re in esse, et haec est propria huius nominis significatio et in
nuisicate de ea modo instituti sermo.

Summit 3o sm ed contrarie opponit scia quae rata id est
error. Sic fides assensus intellus nel habitus in eum in
ns. Multiplex aut est ignorantia in 2a significatione
ta, et ita multipliciter ab authoribus diuisa. Primo di ri
gibilis in ordine ad obm in ignorantiam iuris et ignoran
facti. Et sm ed ius est multiplex nam in quam divinum
rium et humanum canonicum civile etc. Ita et mul
erat ignorantia iuris. Sic et multiplex pot esse ignoran
h quod factum multiplicare pot esse cognitum sm se p
m suas circunstantias et accidentia et sm 2a quae ob
factum consequuntur.

Dividit ignorantia in ordine ad actum cuius causa dr inco
parie antecedentem et concomitantem ipsum actum.
ntia ans dr quae privat sci. quae si adesset prohiberet
, et ita antecedit actum sicut removens prohibens exem
cuius sunt concomitans vel dr quae privat talis scientia
tiam si adesset non impediret actum v. g. si aliquis
hoem existimans ceferam, sed talis est dispositus quod
io obti non impediret huiusmodi actum.

Dividit ignorantia, tam ans quam concomitans in

ignoran

I

Pax xpi

Ambæ hæ materiæ scilicet
voluntatis, diuinæ et Justiciæ
et Juris. ad me Gulielmum
Vitus Collegij Hybernorũ Hij
Palensis alumnũ spectant
quarum primam a Rdo. ad
modum Pre. Patre. Didaco
Peres Theologiæ Professore
meritissimo. audiui, secundam
vero a Rdo. etiam Pre. Patre
Baltasaro de Egues. etiã
Theologiæ moderatore dig
nissimo. año 1663

Es de el Colº. de la compª. de Santº. y de su libª.

~~72 - 11~~

Disputationes scholasticæ
de voluntate Dei, in 1ª
Partē, Angelici Doctoris, sancti
Thomæ, et a quæstione 19ª
usq ad 21ª. Authore Rdo ad modū
P. P. Didaco Peres, primariæ Cathedræ
Collegij Divi Hermenegildi, virginis, Regis,
et Martiris, e Societate Jesu meritissimo, nec
non doctissimo Lectore, anno, a salute resti
tuta 1662 ab eodem p.e per me Gulielmū
vitus audita et scripta curriculo unius
in maiorem laudem, et gloriā Dei, nec non sanc
virginis Mariæ Mar

Præloquutio.

postquā difficiles, et obscuras de fide p
logica, disputationes absoluimus, subtilissim
as, et humano Ingenio insuperabiles de div
voluntate instituimus. neq. aliquis Existima
potest nos solū huius nostri Argumenti
tatē, Comendare, ut aliquā, disputation
trarū, apud Auditores, æstimationē Consilien
quū omnibus Compertū sit, omniū Theolog
Conatū, ad Cacumen hoc superandū Cont

et tandem rei magnitudine oppressum defecisse.
quis enim nobis divinae voluntatis naturam, et ipsius
libertatis inextricabilem nodum explicuit? sunt ta-
men aliqui, ita generosi conatus, ut ex eis, in-
genuus quisque, sibi laudem non exiguam compa-
rari arbitretur, quamvis felicem exitum non prae-
quatur.

Nos ergo feliciorem exitum non speramus; pla-
cet tamen egregie audentes constanter sequi, licet
eos aemulari pro ingenii tenuitate non liceat
et in tam arduo congressu ibi pedem figere
tentabimus. (si forte rei difficultas locum permittat,
in quo mens constanter, et sine mutatione conquies-
cere possit) ubi praeeuntes stetere. genus enim
temeritatis est, quando imminet praecipitium, sine duc-
tore gressus dirigere. totum ergo de divina volun-
tate tractatum, in quatuor controversias distri-
[illegible]mus. in prima, naturam, et quidditatem, divinae
[illegible]ntatis, et volitionis discutiemus. in 2.a de obto
[illegible]eato disputabimus. in 3.a obtum creatum eiusdem
[illegible]emus. in 4.a libertatem divinarum volitionum con-
[illegible]labimur. nostrarum iam disputationum divino im-
[illegible]ato numine filum texamus.

Controversia Prima de natura et Quidditate divinae voluntatis.

Disput. 1.a

An in Deo existat voluntas, et
Quibus rationibus id probetur,

Caput 1.m

in Deo dari voluntatem statuitur.

Constat ex fide in Deo dari voluntatem, abstrahendo modo, ab eo, quod sit voluntas per modum potiae, et actus primi, et ab eo, quod sit voluntas per modum actus secundi purissimi. hoc veritas pluribus utriusque Testamenti Testimonijs definitur, nam Genesis 50.a dicitur, Num Dei possumus resistere voluntati; et Psalmo 103. Omnia quaecunque voluit fecit: Item Paulus eandem exposuit veritatem, ad Romanos 12.o renouamini nouitate sensus vestri, ut probetis, quae sit voluntas Dei, beneplacens et perfecta: et ad Colossenses 1.o postulantes ut impleamini agnitione voluntatis Dei in omni sapientia: et in oratio[illegible] Dominica Deum esse praeditum volun[illegible] docemur, in illis verbis, fiat voluntas [illegible] neque hoc, et similia Testimonia [illegible] destorqueri ad sensum minus proprium, et metap[illegible] nam Testimonia sacrae Scripturae sunt accipi[illegible] in sensu proprio, ubi non apparet manifestissim[illegible] conueniens: atqui nullum apparet ex eo, quod in[illegible] ponamus rigorosam, et perfectissimam voluntatem [illegible] etc. si enim hoc principium non esset constans, [illegible] quis dicere Christum dominum, non esse verum homine[illegible] vox hoc quae a Scriptura usurpatur de [illegible] domino, non accipitur in vero, et rigoroso sen[illegible] accipienda ergo est illa vox hoc in vero, et rigor[illegible] sensu

q^a taliter accipi debent Scripturæ verba, quoties
nō apparet aliquod inconveniens, et similiter in præ
senti vox voluntas, q^a in tali acceptione nullū
relucet incomodū. Constat igitur ex fide in deo da
ri verā, formalē, et rigorosā voluntatē.

Difficultas illa, quomodo per fidē credi possit divi
na voluntas; nā ad credendū deū esse volentē
debet supponi Dei Authoritas, tanq. fidei obtum
formale motivū, quæ per infallibilē Dei sa
pientiā et voluntatē veracē constituitur, ac proin
de debet supponi cognita divina voluntas, quæ
per fidē credenda est, et consequenter probaretur
idē, per idē, et ignotū per æque ignotū. iam
satisfecimus in materia de fide huic difficul
tati, asserendo obtū formale motivū cognitū, nō
fidē stricte sumptā posse movere ad cogni
tionē sui ipsius, tanq. obti materialis, per
sensū fidei stricte sumptæ. Unde asserimus
nullū esse inconveniens, quod deus revelet suā
ipsius existentiā iuxta illud, Ego sū, qui sū,
quæ debet supponi cognita ad credendū, per fidē
dictā, eamdē existiā, et quod revelet se habere
authoritatē infallibilē ex infallibili intellectione
veraci ~~cognitio~~ volitione conflatā.

Rationē etiā
Naturali constat evidenter deū esse præditū volū
tate. 1°, q^a nullū ens melius Deo potest exco
lari, et consequenter debet habere collectionē om
nium perfectionū simpliciter simplicium, quæ nullā

in suo Conceptu involuunt imperfectionem; atqui volun-
tas & perfectio simpliciter simplex nullam in suo concep-
tu formalissimo involuens imperfectionem: ergo Deus habet
voluntatem. neque potest enervari huius Argumenti
vis, si dicas sufficere ad omnimodam Dei perfectionem,
quod contineat Eminenter voluntatem, non vero re-
quiri, quod contineat illam formaliter; nam perfectius
erit Ens, continens formaliter omnes perfectiones, sim-
pliciter simplices in se ipsis, et Eminenter in sua
essentia, tanquam in ratione Primaria, cui debentur, quam
Ens, solum Eas continens Eminenter.

2° quia ut convincebamus
in materia de essentia et attributis ex rerum Creatarum
Contingentia et defectibilitate Colligitur debere
dari aliquod Ens narium in existendo, et liberum
in Producendo, quod appellamus Deum; atqui Ens
liberum in Producendo, narium includit voluntatem
quia liberum Arbitrium essentialiter per Eam constituitur. Dic
ergo ut 3°: Deo debet competere supremum do-
minium in res Creatas essentialiter dependentes a Ca-
usa Prima nullam aliam praesupponenti; sed hoc supre-
mum dominium dicit voluntatem, quia formalissime
tat posse disponere de rebus pro suo nutu. ergo
formaliter reperitur voluntas.

4° quia Deus, non solum
summam perfectionem in genere Physico, sed etiam in genere
rali: sed perfectio in genere morali dicit voluntatem
possit amare, et eligere Obta propter motivum ho-
tum: ergo in Deo datur voluntas potens amare
Obta propter motivum honestum. 5° quia Deus est
perfectissimum vivens, ut ex sola apprehensione ter-
minorum evidenter innotescit; sed perfectissimum vivens
est,

sectione 9.ª at plures alij. nō repugnare substan
ciā Intellectivā nō volitivā sentiunt aliqui
Rectores cū p.e Arriaga disp. 2a de Anima, at 1.ª
p.e disp. 24; sect. 1.ª et consequenter indicant non
fieri Legitimū Argumentū ex Intellectivo ad voliti
vū.

Nos indicamus, nullā esse Implicationē in eo, quod
deus producat substanciā Intellectivā et nō volitivā
et consequenter nō dari connectionē inter utramq. perfec
tionē. Probatur 1.º: Conceptus Intellectivi in Crea
tura, adaequate fraliter distinguitur a volitivo;
neq. insuper importat talē dependentiā, et exigen
tiā, ratione cuius Conceptus Intellectivi, connec
tatur cū volitivo: ergo sine Implicatione terminorū
potest deus producere substanciā aliquā Intellec
tivā, et nō volitivā. Consequentia est Evidens, et Ant.
Probatur quoad primā partē; Conceptus Intel
lectivi est, actus primus radicalis ad Intellectio
nē, et conceptus volitivi est, actus primus radica
lis ad volitionē; quū ergo hi termini fraliter et
adaequate distinguantur, fit, quod in radice etiā
fraliter, et adaequate distinguantur.

Probatur quoad 2ā par
tem, illud primū Ant.: connectio unius Conceptus cū
alio ad struenda nō est, nisi quae vel in ratione
formali, et quidditativa talis Conceptus includi
tur, vel ex illa deducitur; sed neq. in ratione for
mali, et quidditativa Intellectivi includitur
Connectio cū volitivo, neq. ex illa deducitur: ergo
nullū est Caput ad ad struendā Eiusmodi connectionē.

maior & certissima, et minor probatur, quoad priorem partem, quia conceptus intellectivi adaequate salvatur per conceptum entis potentis intelligere, vel percipere aliquo modo obiectum, in quo nil fraliter includitur connectionis cum volitivo. Probatur quoad posteriorem partem, quia sicut in definitione adaequata intellectivi non explicatur volitivum, ita neque connectio cum volitivo, neque aliquod praedicatum exigens volitionem. et consequenter neque in formalissimo conceptu intellectivi includitur connectio cum volitivo, neque ex illa ratione formali deducitur.

Probatur 2°. si propter aliquam rationem intellectivum esset inseparabile ab volitivo, maxime, quia quaelibet res inclinat in bonum sibi conveniens, per cognitionem propositum; sed possibilis & creatura intellectiva, quae solum possit cognoscere rem abstrahendo ab ea convenientia, quae sibi utilis, aut comoda esset: ergo possibilis & creatura intellectiva, et non volitiva. Maior & vrle principium, ex quo deducunt adversarii connectionem intellectivi cum volitivo. Consequentia legitime infertur, nam si volitivum, ideo ponitur, ut creatura inquirat bonum, per cognitionem propositam, quum haec non possit ferri in bonum sine per cognitionem propositam, frustra in ea poneretur volitivum.

Ma: probatur, obiectum sufficiens, et necessarium [illegible] & verum: ergo non & narium quod semper intellectus cognoscat obiectum esse bonum, utile, et comodum cognoscenti dummodo cognoscat illud, verum esse, et consequenter erit possibilis creatura, quae solum possit cognoscere obiectum limitatione

abstrahendo ab eo, quod sit utile, aut Comodum, confir
matur, et magis explicatur vis rationis praecedentis,
quia pueri, et semidormientes nequeunt discernere
bonitatem, et malitiam obtorum. Licet possint assequi
alias veritates magis proprias, et faciliores; Cur
go repugnabit aliqua substantia, quae propter suam
specialem et limitatam institutionem possit solum assequi
eas veritates, quas pueri, propter immaturam aeta
tem, et semisopiti, propter somnum assequi non possunt.

res Cognitiones Comuniter in nobis Experimur. Rursus: plu
nullatenus possint inducere appetitionem elicitam, quae
utiliter tendunt in obtum, nullatenus utile, aut
Comodum percipienti: v. g. quod astra sint paria
aut imparia, quod totum sit maius sua parte
multos etiam Colores videmus, et multos sonos audi
mus, in quibus nulla est, aut proponitur nobis Como
ditas, et utilitas, quin propterea, nec ad prosequu
tionem sui, imo nec ad fugam monere, nec possunt:
o quum in Cognitione talium obtorum sufficienter Con
stituatur Conceptus Cognoscitivi. Manifeste sequi
r, non nario, et per Connectionem inevitabilem ex Cog
scitivo inferri volitivum, aut appetitivum.

Probatur 3.° quia
principium radicale sensationis externae Corporeae, non
nectitur cum appetitivo Corporeo: ergo neque principium
radicale Intellectionis spiritualis, connectitur cum voli
tivo spirituali. Consequentia bona videtur, et Ant. pro
batur, quia non est Caput, unde probetur non posse

deum absq; aliqua rerum violentia, producere visivum, aut auditivum, quin sit appetitivum; dices sensationes externae, saltem materiales concurrunt ad appetitionem corpoream, sed contra est, quia hic concursus mediatur, valde per accidens, etiam ratione sensationis. possibile ergo erit principium radicale externae sensationis, quod non sit principium radicale externae appetitionis; sensatio enim quaevis, ex genere suo cum appetitione non connectitur, neq; principium sensationis ut sic ex genere suo, appetitionis principium exigit.

Caput 3.

aliqua obiecta solvuntur.

Objicitur 1°, argumentum ex verbis D. Thomae desumptum: unicuiq; formae correspondet suus appetitus proportionatus; ergo formae cognoscitivae correspondet appetitus ipsi proportionatus; sed appetitus proportionatus formae cognoscitivae, non est appetitus innatus sed elicitus, quia cuicunque formae cognoscitivae correspondet voluntas, quae est principium appetitus eliciti. Respondetur concedendo totum in timema, et neg. minorem adiunctam. potest enim esse proportionatus formae cognoscitivae appetitus solum innatus, cum est proportionatus formae non cognoscitivae. sicut enim bene arguitur, appetitus innatus est, proportionatus formae corporeae: ergo non est proportionatus formae spirituali: ita non bene arguitur, appetitus innatus est, proportionatus formae non cognoscitivae: ergo non est proportionatus formae

Cognoscitiua.

Obiectio 2°. ille dicitur appetitus elicitus, qui reperitur in Natura supposita Cognitione: ille vero dicitur innatus, qui datur in Natura, indeffenderter ab omni Cognitione. Sed in Natura Intellectuali appetitus datur supposita Cognitione: quia in natura Intellectuali semper, et nario datur appetitus elicitus. = Respondetur falsum esse, omnem Inclinationem etiam supposita Cognitione esse appetitum elicitum, nam iuxta Communem sententiam ex apprehensione Euidenti terminorum inter se Conuenientium vehementer inclinat Intellectus ad Iudicium, et ex assensu Praemissarum, et bonitatis illationis vehementer etiam inclinat in assensum Conclusionis; neque tamen hanc inclinationem etiam supposita Cognitione aliquis appellauit appetitum elicitum. appellamus autem appetitum elicitum, actum voluntatis a Creatura productum, ad appetendum. et dicimus possibile esse Creaturam Intellectualem, destitutam vi producendi hoc actus.

Obiectio 3°: finis Cognitionis Intellectualis est regere voluntatem ad amorem Obti Conuenientis, vel ad fugam Obti disconuenientis: quia quaeuis natura Intellectualis connectitur cum volitiuo, nam si posset dari Intellectualis natura, absque volitiuo, posset dari Cognitio Intellectualis sine fine, ad quem ordinatur. = Potest responderi 1°. distinguendo Ant. hoc modo: finis Cognitionis Intellectualis Cognoscentis conuenientiam, et disconuenientiam Obtorum est regere voluntatem ad amorem omitto Ant.: finis Cognitionis Intellectualis pure speculatiuae non Cognoscentis conuenientiam aut disconuenientiam Obtorum est regere voluntatem ad amorem, ~~Concedo~~ nego Ant. itaque licet omittamus Cognitionem suasiuam practicam, et proponentem conuenientiam, aut disconuenientiam Obtorum habere pro Obto regere voluntatem ad amorem; non tamen habet hoc munus

Cognitio pure speculativa nō suadens, neq. proponens convenientiā aut disconvenientiā Obtorū.

Potest responderi 2°, distinguendo aliter illud ant. finis Cognitionis est regere propriā aut alienā voluntatē omitto Ant. finis Cognitionis est tantū regere propriā voluntatē nego ant. posset quidē ipsius substanciae Cognitio prospecta ab alijs regere alienos affectus, quatenus ex illis substantiae Cognitione aliquae documenta perciperent pro suis affectibus dirigendis, licet nō posset regere propriae substanciae affectū, quia haec est incapax aliquē affectū eliciendi. = potest responderi 3° negando ant. nā, quū Cognitio, cuiuscūq. veritatis sit, per se expetibilis, et consequenter bonū congruū cuilibet substanciae intellectuali, quamvis talis substancia nō posset amare, neq. eius Cognitio deserviret ad amorem, adhuc talis substancia contenta foret Cognitione, tanq. fine sibi congruo, et sufficienti.

Objicies 4°: Implicat, quod Creatura, quae nō habet voluntatē sit perfectior Creatura habenti voluntatē; sed si possibilis esset Creatura intellectiva, et nō volitiva, Creatura nō habens voluntatē esset perfectior Creatura, habenti voluntatē: quatenus implicat Creatura intellectiva, et nō volitiva. Maior certa videtur, consequentia legitime, et probatur minor: Creatura intellectiva nō habens voluntatē nō posset Cognoscere probabiliter, aut obscure, hic enim m[illegible] Cognoscendi est dependens ab Imperio voluntatis nō datur in Creatura nō volitiva, sed Crea[illegible] potens Cognoscere obscure, et probabiliter est m[illegible] perfecta, quā Creatura nō potens Cognoscere [illegible]cure, et probabiliter; quatenus Creatura nō habens [illegible]luntatē esset perfectior Creatura habenti voluntatē.

Respondetur nō apparere unde sit perfectior substancia potens apprehendere terminos obscure, aut probabiliter, et nō potens ex Imperio voluntatis enūciare

per affirmationem, aut negationem, quam substantia potens apprehendere, et affirmare, et negare ex Imperio voluntatis: non ergo est perfectior substantia intellectiva, et non volitiva, quam substantia Intellectiva, et volitiva.

Obiicies 5°. Sequitur ex nostra sententia possibile esse substantiam Intellectualem, potentem apprehendere, et non potentem iudicare; et quod plus est, potentem apprehendere terminos evidenter, et non potentem eos per identitatem coniungere: Item substantiam potentem assentiri obto praemissarum, et non potentem assentiri obto conclusionis: Item possibile esse substantiam, potentem intendere finem, et non potentem eligere media. Sed haec omnia absurdissima sunt ut cuivis consideranti patebit: ergo impossibilis est substantia Intellectiva, et non volitiva. Maior probatur; quia si possibilis esset substantia Intellectiva carens voluntate, non posset formare iudicium probabile, aut obscurum, licet posset apprehendere ut nos ipsi in solutione superioris argumenti docuimus, quia ad probabiliter iudicandum est necessarium Imperium voluntatis, quo esset destituta substantia, de qua loquimur,

Item possibilis est substantia potens apprehendere terminos evidenter, et tamen potens eos coniungere per iudicium: Item possibilis esset alia potens attingere extremitates unitas cum medio, non tamen unitas inter se: et ratio est, quia sicut possibile iudicamus Intellectivum potens solum attingere veritates speculativas, non autem practicas; ita possibile censeri debet Intellectivum potens unum actum, et apprehensivum elicere

nō autē potens actū aliū longe diversū, nimirū Judi
cativū efformare. Itē sequeretur possibilitas substan
ciæ intendentis finē, nō autē eligentis media, qa
sicut possibile admittimus intellectivū limitatū, potens
elicere quosdā actus, nō autē alios, cur nō admitte
mus volitivū limitatū potens elicere quosdā actus
nō autē alios? hoc autē esset absurda ut intende
bat minor potius supponendū, quā probandū &c.

Respondetur ad argu
mentū propositū discurrendo per singulas partes, quas
inculcat. 1º dicimus, ut iā sancitū & possibile esse sub
stanciā potentē apprehendere probabiliter nō autē po
tentē probabiliter iudicare, qa. ad iudiciū probabile
efformandū requiritur pia affectio voluntatis, cuius
incapax substancia de qua loquimur: 2º dicimus, quod
saltē de potia absoluta & separabili utraq. facul
tas cuiū actus apprehendendi sit distinctus ab actu iu
dicandi, et facultas ad unū nō & facultas ad aliū; unde
nō & Ant. omnino infallibile spectata quacūq. Hypo
tesi apprehensivū evidenter ad evidenter iudicativū
rursus qualis apprehensivū evidenter connectionis extra
morū inferret in quacūq. Hypotesi evidenter iudicati
nō tamē apprehensivū, quod nō apprehendat evi
denter connexionē extremorū, ~~que~~ præterea potia
sitivæ corporeæ cognoscunt obta sine assensu, et
modū sufficiens apprehensionis possibilis qo erit potia
noscitiva spiritualis eo modo repræsentans ob
solū per actū affirmationis, ~~et~~ negationis ex
tē.

2º dicimus Ant. posse ex parte cognosci. 1º specifica
tive nimirū illud, quod & Ant., quin formaliter illud
cognoscatur ut Ant., et ut inferens veritatē consequentis
2º reduplicative, ut Ant., et ut inferens veritatē

beata, quodque solum habet actum visionis pertinentem ad intellectum, qui non est adaequata essentia beatitudinis. Si beatitudo sufficienter salvetur in quolibet actu, tam intellectus, quam voluntatis, tantum infertur illam creaturam esse beatam, quam habere supponatur claram, et intuitivam Dei visionem adaequate sufficientem ad beatitudinem.

Si beatitudo consistat in visione quae metaphisice, et essentialiter habeat actualiter coniungi cum gaudio, et fruitione, tantum infertur huiusmodi creaturam non esse beatam, quam non habeat visionem, quae metaphisice essentialiter, et actualiter habeat coniungi cum gaudio, et fruitione. Si vero beatitudo consistat in visione, quae quantum est ex se sit potens causare summum gaudium in subiecto capaci, tantum infertur illam creaturam fore beatam, quae habet visionem sufficientem causare summum gaudium, et illud non causat quia subiectum est incapax illius. Ex quo quomodo ex nostra sententia, non infertur veritas illius duplicis propositionis, nec se, quod illa creatura esset beata, et non esset beata,

Ubi pro solutione totius argumenti notandum est, non statim inferri ex eo, quod ea creatura sit cognoscitiva, posse elevari ad videndum clare, et intuitive Deum, qualiter requiritur ad beatitudinem, nam non est unde probetur esse impossibile substantiam, [illegible] imperfecte cognoscitivam, sicut est visus corporeus, et [illegible] potens attingere eas veritates, quae nec amorem, [illegible] odium possunt excitare, unde sicut visus corporeus [illegible] uari non potest ad videndum clare, et intuitive [illegible] ita dici posset de hac substantia, quae solum veritates aliquas speculativas posset attingere, non autem veritates illam practicam divinam, ut nario moventem et excitantem ad sui amorem, qualiter requiritur ad perfectam beatitudinem. Vides, quam facile solvatur argumentum, quod nobis opponit Patrizzalda

in manuscriptis de voluntate. Objicies 2º Argumentum, quod novissime excogitavit pa. Quiros, in prima parte tractata de voluntate, disp. 56. sect. 3ª ad probandam inevitabilem connexionem intellectivi cum volitivo; implicat intellectivum non proponens rationem boni, cognoscenti; sed tale intellectivum nario est volitivum; quia implicat intellectivum, quod non sit volitivum. Sequitur legitime infertur, et minor probanda non est; tum quia tanquam certa supponitur; tum quia nos saepius illam in superioribus supposuimus, aut illam omisimus in solutione argumentorum asserendo, quod quamvis intellectivum practicum connectatur cum volitivo, non tamen intellectivum speculativum, quod quidem est sufficiens ad veritatem nostrae conclusionis.

Probatur maior: Implicat quod aliqua cognitio quantumvis speculativa sit, nam proponat formaliter obiectum, ut identificatum cum cognoscenti: quia ut iunctum cum cognoscenti: quid enim magis iunctum est cognoscenti, quam quod cum ipso identificatum est: quia ut conveniens cognoscenti; quid enim magis conveniens alteri, quam quod ita iunctum est, ut identificatum sit; nam ipso quod cognoscatur ut identificatum, cognoscitur ut deserviens rei conservationi in qua res praecisa inclinat ut in optimum sui bonum, non solum conveniens omnino narium. Ita vero, quod omnis cognitio quantumvis speculativa, proponat obiectum ut identificatum cum cognoscente, ita suadetur.

Omnis cognitio, eo ipso, quod reddat subiectum cognoscens, cognoscit subiectum ipsum cognoscere: ergo cognoscit obiectum ut identificatum cum cognoscenti. Antecedens probatur: dum cognosco aliquam veritatem

nō solū sum, promptus ad affirmandū ea veritatē directā
sed etiā ad affirmandū me cognouisse talē veritatē. sed
eo ipso, quod habeā hanc promptitudinē, nō solū cognos
co veritatē speculatiuā directā, sed etiā cognosco me
cognoscere talē veritatē speculatiuā directā, q. omnis cog
nitio eo ipso, quod reddat subtū cognoscens, cognoscit ipsū
cognoscere. Confirmatur: omnis cognitio formaliter, aut sal
tem confuse significat tempus, hoc 3, declarat cognos
centi, eius obtū esse actu praesens: q. reflectit supra se
ipsā, ita asserendo, nunc, dū cognosco Petrū currentē,
Petrus currit: atqui nō potest cognoscere hanc coexis
tentiā subti cognoscentis, et obti cogniti, nisi cognoscat
subtū cognoscens, et obtū: q. reflectit supra se ipsam,
et supra subtū cognoscens.

hoc argumentū falsissimo eo
fundamento nititur, quod nimirū omnis cognitio habe
at eā reflectionē supra se ipsā, et supra subtū cog
noscens iuxta nostra principia; neq. habet eā reflec
tionē, neq. cognoscit subtū ipsū, ut identificatū, et ut
conueniens, sibi ipsi. nā quo fundamento, rationis ap
renti dici potest, quod cognitio mea enuntians Pe
tri cursū praeter cursū Petri enuntiet me cognos
tē habere identitatē mecū ipso, et me esse conue
entē mihi ipsi. quū enī obtū directū sit Petri cu
sit aliquid aliud a cognitione de cursu Petri, p
propositio unū enuntiare, quin enuntiet aliud. v
frequentissime contingit, quod quamuis cognitio po
supra se ipsā, et supra subtū reflectere, nō tamen
omnis propositio id habeat.

ad argumentū q. respondē
dū 3, solū posse concedi cognitionē solū esse reflecti
tē supra se

at supra subtu cognoscens in actu exercito; quod
nō d proprie se cognoscere, at propriè se habere
pro obto. nā quod hoc modo se cognoscat, nil
aliud d, quā quod sit ratio formalis denominandi,
subtu cognoscens. neq. illa promptitudo aliqd probat
qa hac nil aliud convincit, quā quod cognitio
existens in intellectu, sit obtu cognitu facillimu,
at consequenter quod possit facillime intellectus supra
ipsā reflectere, nō autē quod semper, at per quācūq.
cognitionē reflectat supra ipsā cognitionē ad confirma
tionē Rdetur nō omnē propositionē significare in actu
signato eā coexistentiā fraliter ut talē, at nō omnē,
esse supra se ipsā fraliter reflexivā.

Caput 5.m

tota Disputatio concluditur.

iā vidimus ex intellectivo ut cunq. nō recte inferri vo
litivū, qa possibilē indicamus relaturā intellectivam,
at nō volitivā. modo videamus, quomodo sit defendenda
at explicanda ratio sti thomae, ut sic impleamus, quod
2o loco praestandū promisimus. assero qo 1o, eius modi
rationē esse revocandā, ad perfectionē omnimodā Dei
tatis, quae petit secū annectere omnē perfectionē
simpliciter simplicē. Deitas enim quū sit adaequata radix,
at origo omniū perfectionū, quae nullā involvunt imp
fectionē, petit volitionē, quae nullā in suo conceptu fra
ssimo involvit imperfectionē.

qsi ita discurrat Angelicus
magister: Deus d intellectivus hoc d, petens secū ann
ectere eā perfectionē intelligendi, quae summam perfectionē
includit, at omnē imperfectionē excludit: qr d volitivus,
hoc d, petens secū annectere eā perfectionē volendi, quae
summam perfectionē includit, at omnē imperfectionē excludit.

na, nō d̄ ratio, q̄ una admittat, et alia excludat,
quū utraq. sit perfectio nulla admittens imperfectionem;
et q̄ d̄ si fingas Deitatē annectētē secū Intellectio
nē, et nō volitionē. et Concipias Deitatē annectentē
secū Intellectionē, et volitionē, magis perfecta erit Dei
tas secū annectens Intellectionē, et volitionē, quā annec
tens secū Intellectionē, nō autē volitionē.

Si forte dicas An
gelicū magistrū, nō assumpsisse pro medio Naturā divinā
ad probandā in Deo voluntatē, sed solū Intellectū, assero 2°
ex Intellectu tali perfectissimo recte intulisse Divū
Thomā in Deo voluntatē, nā Intellectui infinite per
fecto, et illimitato, concedenda d̄ identitas cū vi amandi
infinite perfecta; petit enim Intellectus infinite perfectus Intelli
gere bonū per virtutē motivā Intelligentis ad amandū
bonū: q̄ datur strictissima connexio per identitatē, inter
Intellectū divinū perfectissimū, et voluntatē, q̄doq̄ d̄ datur
in Intellectu divino exigentia huius connexionis per iden
titatē.

magis explico: Considera Intellectū Infinite
Cognoscentē bonitatē, absolute, et simpliciter Infinitā,
et Infinito dignā amore, cui nō correspondeat, neq.
petat correspondere vis amativa illo bonitatis, qua
tam dignā amore proponitur: et rursus consider
Intellectū Cognoscentē eius modi bonitatē Infinitā per
tē sibi correspondere, et secū identificare vim a
tivam illæ bonitatis, profecto magis erit digna
Deo hic Intellectus, quā primus. recte q° divus
mas ex Intellectu intulit voluntatē, q̄ assumpsit pro
medio Intellectū perfectissimū, et deo dignū; et sequitur
quamvis ex Intellectu ut cūq. nō inferatur voluntas;
ex Intellectu tamē perfectissimo. et Dei proprio, optime

Infertur. Dices: si hæc Explicatio esset vera tam Infe-
retur voluntas ex Immensitate, Omnipotentia, et alijs
attributis, quam ex Intellectu, quia omnes divinæ perfec-
tiones Equaliter inter se Inducuntur; Intendit ergo ali-
quid aliud Divus Thomas, quod intulit voluntatem ex
Intellectu, non autem ex alijs attributis, et perfectionibus
divinis. Respondetur 1° non tollere, quod Inferatur ex Intell-
ectu voluntas, quod etiam ex alijs attributis inferatur;
Unde non est mirum, quod Divus Thomas assumpserit
pro medio, Intellectum, ad Probandam in Deo voluntatem.
Ratio autem quæ potius assumpserit Intellectum, quam
aliud Prædicatum divinum, potuit esse, quia, quum Im-
mediate antea Egisset Divus Thomas de divino Intell-
ectu, et Eius scientia perfectissima, assumpsit pro me-
dio, id, quod Immediate antea Explicatum reliquit.

Respondetur 2° dari aliquam
diversitatem in reliquis attributis, et in Intellectu ratione vo-
luntatis, quæ diversitas fuit occasio assumendi pro
medio potius Intellectum, quam reliqua attributa. Nam
reliqua attributa Inferunt voluntatem ratione Con-
nexionis, et materialis identitatis, quam omnia inter
se habent: Intellectus autem non solum ratione illius Inne-
xionis, et materialis identitatis, sed etiam ex speciali
ratione Intellectus perfectissimi infert voluntatem.
Quum enim Intellectus infinite perfectus comprehendat Infi-
nitam Dei bonitatem, et Eam iudicet dignam Infinito Amore
Cuius meritis non satisfit, nisi illam amando, quantum
amabilis est, potius torqueret suppositum Intelligens,
quam illud redderet lætum, atque iucundum, si non pete-
ret in ipso voluntatem rependentem amorem infinitum,

et consequenter cum ea connectitur, ex speciali ratione talis Intellectus.

Ex Dictis concluditur, quod si aliquando Divus Thomas ex Intellectu ut cum colligit in Deo voluntatem, non fuit usus Angelicus magister hac ratione tanquam Principio Evidenter convincenti, sed tanquam Principio pure topico, et Probabili, quod nos non diffitemur; negare enim non possumus hanc rationem esse topicam, et Probabilem; quod autem uti voluit Principio Evidenter Convincenti, assumpsit pro medio non Intellectum, ut cunque, sed Intellectum perfectissimum, ut videre est 1° contra Gentes, et aliis in locis;

Disputatio 2a

An in Deo detur voluntas per modum actus Primi. Caput 1m

Vera sententia eligitur.

Statuimus in Deo voluntatem, abstrahendo ab eo, quod sit per modum actus primi, aut secundi purissimi. Modo inquirimus, an in Deo detur aliquod Praedicatum distinctum a volitione actuali, quod denominetur per illam, et correspondeat nostrae voluntati, quae per volitionem Productam denominatur et quum omnia Praedicata absoluta, realiter in divinis identificentur, et sint realiter improducta, non indagamus Praedicatum, quod habeat rationem Potiae Physice, aut realiter producentis; hoc enim repugnat in Deo, ut Praedicatorum toti Trinitati Communium;

Sed indagamus Praedicatum, quod per identitatem realem, cum volitione, et prius ad illam ratione nostra praesupponatur, et ab ea formaliter denominetur.

neq. est sermo de actu primo, sive potentia logica, quae consistit in non repugnantia, quam quodlibet Praedicatum habet, ut sit, aliter re ipsa est. Certum enim omnibus est, voluntatem divinam esse hac ratione potentiam, quum sit evidens nullam omnino dari repugnantiam in eo, quod deus actu amat, sicuti re ipsa amat. Unde, quum haec non repugnantia sit, potentia Logica, recte dicimus in Deo dari potentiam Logicam ad volitionem. Explicatur magis: haec Argumentatio est Legitima, Deus actu vult: quia potest velle; sed illa potentia, quae in consequenti importatur, est saltem potentia Logica: quia in Deo datur ea potentia Logica, iam Explicata. Inquirimus quo aliud Praedicatum ab hac Logica potentia condistinctum quod prius ad volitionem praesupponatur.

Praedicato priori in subsistendi neq. est sermo, de ratione ipsius volitionis. Consequentia, etiam Compa est, dari in Deo Conceptum Ulteriorem volitione, in cuius maiori Utilitate consistit prioritas in subsistendi consequentia. Nam reperitur in Deo conceptus Entis, substantiae, viventis, qui sunt Ulteriores, quam volitionis conceptus; et reperitur etiam conceptus Intellectivi, qui iuxta doctrinam disputationis Praecedentis est Ulterior, quam Conceptus volitivi; bene enim valet est volitivus, quia est Intellectivus; non autem e converso, quum reperiri possit Intellectivum sine volitivo.

Q. Ferro de Peres

prima sententia negat in deo actum primum volendi. ita Aureolus in primum, Distinc: 36, arti. 1°. et alij ex antiquioribus ex nostris, videatur inter alios, pa. Terrisse tractatu 2°. disp: 12. hanc opinionem amplectens. Eandem sequuntur plures, et nobiles Recentes Magistri. — 2a sententia affirmat, in deo reperiri volitivum radicale, quod sit praedicatum ad volitionem actualem praesuppositum, et ab ea distinctum, quodque per ea formaliter denominetur. ita aliqui Thomistae. Ex novioribus videatur Joannes a Sto Thoma, disp: 4. arti: 2°. ex nostris eiusdem sententiae sunt, pa: Arrubal. pa: Tanerus, pa: granadus, pa: turrianus, pa: alarcon, inter alios consulatur pa: Arriaga disp: 24. tractatu de voluntate Dei sec: 2a.

Resolutio huius difficultatis petenda est ex iis, quae communiter dicuntur, in tractatu de scientia, dum inquirunt doctores, an in deo detur intellectivum radicale, sive per modum actus primi; et ex iis, quae nos tradidimus in tractatu: de essa, et attributis; quia consequenter ad dicta docemus reperiri in Deo, quoddam praedicatum, quod habeat rationem actus primi, intentionalis ad volitionem actualem; probatur breviter nostra sententia 1°; essa divina, est praedicatum prius volitione actuali, et per volitionem actualem denominatur volens, tanquam per formam volendi: quia in deo datur praedicatum, quod habeat conditiones requisitas ad rationem actus primi ratione volitionis actualis. Consequentia patet, quia nil aliud requiritur ad rationem actus primi, quam quod aliquod praedicatum prius praesupponatur ad formam, et denominetur per illam. Antecedens satis probatum est, in materia de essa, et attributis, ubi exclusimus omne praedicatum, quod sit ratio formalis denominandi, et quod nos appellamus attributum, a constitutione formalissima divinae essae

probatur 2°. in volitione divina solum debemus ponere
ea praedicata, quibus convenit cum volitione creata, et
ea quibus differt; sed neque ratione praedicatorum, quibus conve-
nit, neque ratione praedicatorum, quibus differt, dicit in
suo fralissimo conceptu perfectionem volitivi: quia eam
nullo modo dicit, et consequenter illam aliunde, et prius
praesupponit. maior et consequentia sunt certa, mi-
nor probatur quoad primam partem, quia volitio divina
convenit cum volitione creata, in eo, quod utraque sit
ratio fralis volendi, et denominandi volens; sed in hoc
non affertur, quod fralissime constituatur per subtum
volens: quia ratione praedicatorum, quibus convenit cum voli-
tione creata, non dicit in suo fralissimo conceptu
perfectionem volitivi sive subti, quod denominatur
volens; et consequenter ab eo, fraliter et adaequate distin-
guitur;

probatur quoad 2am partem: volitio divina diff-
ert a volitione creata in eo, quod volitio divina est
infinita, et illimitata, et a se: volitio vero creata
est finita, limitata, et ab alio; sed in hoc non affertur
quod volitio divina dicat in suo fralissimo conceptu
perfectionem subti volentis: quia ratione praedicatorum,
quibus differt a volitione creata, non dicit in suo
fralissimo conceptu perfectionem volitivi, sive illius
praedicati, quod denominatur volens. minor probatur
quia ex eo quod volitio divina, sit a se, infinita,
et illimitata, solum infertur, quod habeat omnem
perfectionem possibilem in linea volitionis. sed ex eo
quod habeat omnem perfectionem possibilem in linea
volitionis non sequitur quod dicat perfectionem alte-
rius lineae, sive subti denominabilis, sicut omnipo-
tentia in suo fralissimo conceptu non dicit perfectionem
lineae, immensitatis: quia in eo, quod volitio divina sit,
infinita, et illimitata, non includitur perfectio volitivi,

sive subti volentis. Probatur 3°. in deo datur non solum volens ut quo, sed etiam volens ut quod; sed volens ut quod at, ut quo sunt rationes fratres diversae, quarum una explicat perfectionem denominabilem, et alia perfectionem denominantem; ergo in deo datur perfectio denominabilis, et perfectio denominans. atqui perfectio denominabilis, est perceptus volitivi, et perfectio denominans est conceptus volitionis: ergo in deo datur perceptus volitivi et volitionis. maior primi sillmi est certa; deus enim est vivens, et volens non solum in abstracto, sed etiam in concreto; sed in concreto volentis affertur volens ut quod, et ut quo: ergo etc. Minor eiusdem sillmi probatur, quia quae in creatis separantur realiter, in deo sunt ex suo perceptu rationes fratres diversae; sed in creatis, nimirum in angelo, et in homine volens ut quod, et ut quo; separantur realiter, quodque angeli et hominis volitiva potentia, realiter distinguitur a volitione: ergo etc.

Caput 2°.

Adversariorum effugia praecludunt.

Dicunt 1° adversarii cum p. Herisse non comparari essentiam divinam ad volitionem, tanq. subtum ad formam; hoc enim maxima affert inflectionem. Sed comparari ad volitionem tanq. actum purissimum, ad actum purissimum; unde in deo implicat volitivum, per modum actus primi, quia ita compararetur divina essentia ad volitionem, non tanq. actus purissimus ad actum purissimum. = Sed contra est, quia nos non comparamus essentiam divinam ad volitionem tanq. subtum quod physice, et realiter sit subtum, et quod efficiat realem distinctionem a forma; hoc enim implicatorium est in deo; sed comparamus essentiam divinam ad volitionem, tanq. aliquid, quod per identitatem cum volitione habet denominationem volentis a volitione.

et hoc non potest negare

pa Herisse. nā essa diuina, in ipsius sentencia, nō
constituitur per volitionē actualē, sicut neq; per Imen
sitatē, aeternitatē, et alia attributa: quare necessū est,
quod per identitatē cū volitione reddatur volens, et
per identitatē cū Imensitate reddatur immensa; et ipse
qter nō comparabitur, tanq; actus purissimus ad
actū purissimū, ad reliqua attributa. essa ergo diuina
est actus purissimus in omni genere perfectionis, in sensu
reali; considerata vero sub conceptu fralissimo, et me
taphisico essa, nō est actus purissimus in omni genere
perfectionis, sed solū in genere perfectionis primaria.

dicunt 2°, omnē actum
primū esse potiā siue productiuā, siue passiuā. quū
autē in deo repugnet omnis potia fraliter prod
uctiua ru volitionis essentialis, et omnis potia pas
iua vel receptiua, ut est euidens; repugnabit
etiā ~~omnis~~ actus primus ru volitionis essentialis.
sed contra est, qa licet omnis actus primus, phisicus
et realis sit potia, fraliter productiua, vel re
ceptiua; nō tamē actus primus intentionalis
quē nos ponimus in deo. nā neq; est potia fraliter
productiua, aut passiua intellectionis ~~[illegible]~~ essen
tialis, neq; est proprie subtū denominationis ali
cuius; haec enim important plurimas imperfectiones,
et distinctionē realē; sed solū est perfectio quaedam,
quae identificando se cū volitione, denominatur
ab illa, sicut essa diuina identificando se, cū tribus
subsistencijs relatiuis ab illis denominatur sub
sistens. et quamuis nulla detur productio voli
tionis essentialis, denominat tamen essa diuinam
volentem, qa sicut in creatis sufficit unio ad

hanc denominationem praeglandam ita in divinis sufficit realis identitas, quae longe excellentius praestat munus unionis. Dicunt 3°. ut dicamus in deo dari volitivum ex volitionis essentialis, debet in deo praecedere ante operationem intellectus eiusmodi praedicatum: quum intellectus, si cum veritate concipiat, non ponat in deo novum praedicatum, quod antea non habebat; atqui in deo non praecedit eiusmodi praedicatum; quum ratio in qua fundatur eiusmodi praedicatum, sit ratio productionis, aut receptionis: quod in deo non datur actus primus, sive volitivum denominabile per volitionem actualem. et quidem in deo datur omnipotentia, quae ante quamcumque nostram cognitionem datur in deo virtus infinita productiva omnium producibilium; et similiter datur immensitas, quae ante quamcumque nostram cognitionem deus habet praesentialitatem ad omne spatium; et similiter, si hoc praedicatum datur in deo, debet dari ante quamcumque nostram cognitionem.

Contra 3°, quia praedicatum, quod nos ponimus non fundatur in productione aut receptione reali; hoc enim esset implicatorium, ut iam dictum est. et quamvis non fundetur in productione aut receptione reali, revera praecedit in deo secundum materiale, et entitativam perfectionem, non autem secundum denominationem, quam accipit ab intellectu. nam praedicatum illud, quod per identitatem cum volitione est volens, revera est in deo, et illud praecedit ante quamcumque nostram cognitionem secundum materiale illam entitatem, quam in deo habet; intellectus enim non ponit de novo sua cognitione perfectionem illam volitivi in deo residentem materialem et entitativam. praedicatum vero illud secundum denominationem

actus primi, prioris, et distincti ab actu 2°. nō praece
dit in deo ante quamcūq. nostrā Cognitionē, nam
hæc denominatio fraliter illi provenit a Cognitione
attingenti.

Dicunt 4°. in deo nullū praecedere fundamentū
ad Concipiendū ipsū cū aliqua Imperfectione; daretur au
tē hoc fundamentū ex parte dei, si cū veritate illū
Concipiat Intellectus, tanq. radicem aliorū Praedicatorū,
tanq. actū primū, tanq. priorē alijs Praedicatis, tanq.
aliquid perfectibile, sin quo multū potencialitatis
admiscetur: q̄ nullū in deo datur fundamentum
ad Concipiendū cū veritate hunc actū primū. = Ad
ptra ē, q̄ fundamentū, quod datur ex parte
dei, ad Informandā distinctionē rationis, ē funda
mentū ad Concipiendū unū Praedicatū divinū, tan
quā radicē, et actus primus ru alterius, et tanq.
alio prius: neq. hoc fundamentū ē, aliqua Imper
fectio ex parte dei, q̄ potius ē summa fecunditas
ipsius, supposita ex parte nostri Intellectus, Imbeci
llitate, et tenuitate in Cognoscendo. Unde tota
Imperfectio ē ex parte nostri, nō autē ex parte
dei.

Fallit adversarios ea existimatio, qua
sibi persuadent omnes eas denominationes esse inde
pendentes a nostra imperfecta consideratione, aut nō in
volvere distinctionē rationis iā exercitā, itaq. Concep
tus radicis nil aliud ē, quā quod essa divina Con
cepta sub proprio, et fratissimo Conceptu essa, non
dicat volitionē, et eā infarat a priori. nō dicere
volitionē, qdo ita praescinditur, ē evidens iuxta
nostra principia.

ea inferre a priori patet, quia omne praedicatum, quod non includitur in formalissimo conceptu essae, et datur, quia datur essa, infertur ex essa a priori. neque aliquid urget, quod essa esset perfectibilis per volitionem, et esset subiectum volitionis, nam si hic loquendi modus nil aliud intendat quam quod essa denominetur a volitione, a se, distincta adaequate ratione nostra nullum in eo admittitur inconveniens; si vero intendat aliquid, quod realem sonet distinctionem, aut aliquam aliam imperfectionem, omnino negandus est.

Disputatio 3.a

an actus primus formalis volendi sit adaequate distinctus ab essa divina.

Caput 7.m

Status controversiae proponitur, sententiae referuntur, et nostra probatur.

In creatis voluntas formalis, sive actus primus formalis volendi distinguitur adaequate realiter ab essa, si supponamus potentias esse realiter distinctas. ita similiter inquirimus, an voluntas Dei formalis, sive actus primus formalis volendi ratione nostra adaequate distinguatur ab essa divina. in sententia nostra constituenti essam per radicem attributorum certum est actum primum volendi radicalem esse de conceptu metaphysico, et constitutivo essae, quia radix omnium attributorum includit radicem volitionis, quae est attributum, et consequenter est volitivum radicale; nam quidquid est radix volitionis appellatur volitivum radicale, aut saltem remotum. dubium tamen est, an volitivum formale, quod correspondet voluntati creatae, si supponamus potentias formales esse realiter distinctas, distinguatur adaequate ab essa divina.

alii solent hanc diffi

cultatem ita inscribere, an in Deo detur aliquis conceptus intermedius inter divinam essentiam, et volitionem actualem, qui reddatur formaliter volens per volitionem actualem, sicut in sententia Thomistica inter substantiam creatam volitivam, et actualem volitionem mediat potentia formalis volitiva, quae redditur formaliter volens per actualem volitionem sibi inhaerentem. Ubi notandum est, si detur hic conceptus intermedius, posse dubium excitari, an essentia divina reddatur etiam immediate volens, an solum mediate, et remote. Circa quod unusquisque discurrere debet, prout in Philosophia Judicium tulerit de concursu immediato substantiae rationalis in actus vitales, et immediata denominatione ab eisdem.

In hac difficultate in duas extreme oppositas sententias Doctores divisi sunt, 1.a defendit voluntatem per modum actus primi esse attributum divinae essentiae, et consequenter mediare inter divinam essentiam et volitionem actualem. Videatur Pa. Alarcon tractatu 3.o, disp. 1.a, cap. 6.o pro se adducens Patrem Molina, Pa. Suarez, Pa. Vasquez, Pa. Turrianum et Montoya Patrem; 2.a sententia tuetur voluntatem divinam, sive actum primum formalem volendi non esse adaequate ab essentia divina distinctum, quia in formalissimo, et adaequato essentiae divinae constitutivo includitur. Affertur pro hac sententia Pa. Arrubal, et eam propugnant Nobiles, et Ingeniosi Rectores. Nos in hoc puncto censemus volitivum formale non esse adaequate ab essentia divina distinctum, et consequenter neque esse attributum, quia hoc supponit essentiam adaequate constitutam, neque esse conceptum quendam intermedium inter divinam essentiam, et volitionem actualem.

Probatur 1° nostra sententia: nulla formalitas, aut conceptus ponendus est in Deo, ad quem non praecedat aliquod fundamentum; sed nullum est fundamentum, ad ponendum in Deo eiusmodi formalitatem, aut conceptum intermedium: ergo non est ponenda eiusmodi formalitas, aut conceptus intermedius. Ma: est certa, consequentia infertur, et probatur minor; essentia divina immediate et formaliter redditur volens per volitionem actualem. non ergo necessarius est alius conceptus, qui immediate et formaliter redditur volens, nam ut in principio docuimus substantia ipsa intellectiva et volitiva debet immediate concurrere, et denominari ab actibus vitalibus intellectionis, et volitionis. quamvis alioquin non concedatur potentiae realiter distinctae similiter ergo divina essentia immediate et formaliter denominabitur a volitione ut reddatur immediate, et formaliter volens, quum sit perfectissime vitalis, et omnis substantia vitalis immediate, et formaliter debeat denominari a termino vitali. Unde sive concedas perfectionem intermediam volitivam sive non concedas. essentia divina debet denominari immediate volens, sicut volitivum intermedium in tua sententia denominatur volens a volitione. quod si semel concedas, manifeste infertur volitivum intermedium esse superfluum. — non eatenus requiretur quatenus deus denominaretur volens sed ad hanc denominationem subeundam sufficit essentia divina superfluit ergo conceptus ille intermedius.

Probatur ex hoc eodem fundamento.

Probavimus ex hoc eodem fundamento potentias
non esse realiter distinctas ab Anima, quare
~~[illegible]~~ cum anima nario debeat habere in-
fluxum in actus vitales, et simul eosdem debeat
~~[illegible]~~ recipere, ut vitalem denominationem
accipiat, paria non est potentia distincta rea-
liter ad producendum, et recipiendum eiusmodi actus
vitales. Unde facile videbis non esse in Deo necessarium
speciale attributum volitivum ab essentia divina adeptum
distinctum, quodque in Creatis naria non est potentia
vitalis intermedia inter subiectum et actum vitalem.
et quamvis in Creatis concederemus potentias vi-
tales realiter ab Anima distinctas, non esse narium
concedere in Deo, attributum intermedium volitivum,
quia id accideret in Creatis propter maximam imper-
fectionem Creaturarum, quae indigent instru-
mentorum Juvamine ut operentur, ~~[illegible]~~ autem
~~[illegible]~~, haec autem imperfectio omnino a Deo
relegandae.
Probatur 2° in Deo non conceditur spe-
ciale attributum immensitatis, et aeternitatis et sic
de alijs intermedium inter rationem formalem immensitatis
et aeternitatis, et essentiam: quia neque in Deo conce-
dendum est speciale attributum volitivum. Consequentia
patere videtur a paritate; nam
non est maior ratio
maior ratio quare concedatur conceptus intermedio
inter divinam essentiam et volitionem, et non concedatur
similis conceptus intermedius inter divinam essentiam et
~~et~~ immensitatem, aeternitatem, et alia attributa. Sicut
ergo non conceditur similis conceptus intermedius, quia

sufficit, quod divina essa Imediate subeat denominationes ab illis attributis provenientes, ita sufficiet, quod essa divina Imediate subeat denominationem a volitione provenientem, ut auferamus conceptum intermedium ~~volitionis~~ volitivi.

Cum hoc stat, quod volitivum formale, in formalissimo, et adaequato divinae essae conceptu inclusum, distinguatur inadaequate, sive tanq. Inclusum ab Includenti ab essa divina adaequate sumpta, essa enim divina adaequate sumpta constituitur per radicem adaequatam omnium attributorum, et consequenter est conceptus Intellectivus, et conceptus volitivus, et sic de aliis; sed quilibet conceptus divisive sumptus distinguitur inadaequate, sive tanq. inclusum ab Includenti a complexo omnium illorum conceptuum: igitur conceptus volitivus distinguitur inadaequate sive tanq. inclusum ab Includenti ab essa divina adaequate sumpta.

Caput 2m.

Argumentorum solutiones.

Argues 1o. Deus omnino simplex aequivalet pluribus Entitatibus Creatis de linea volendi realiter distinctis; sed in Creatis (si supponamus potentias esse realiter distinctas) datur triplex Entitas de linea volendi realiter distincta, nimirum substantia ipsa volitiva, potentia formalis, quae voluntas appellatur, et volitio actualis, quae est forma volendi: ergo deus omnino simplex aequivalet his tribus Entitatibus realiter distinctis. Sed eo ipso, quod detur haec aequivalentia, distingui potest triplex formalitas, nimirum, actus primus remotus

et Proximus, et volitio actualis: q. in Deo reperitur volitivum proximum, a remoto, et ab essa divina adaequate distinctum.

Respondetur 1° hoc Argumentum multum probare; probat enim in divina scientia esse distinguibilem quandam formalitatem, quae sit actus obscurus, et opinativus, quod quidem Deus per scientiam suam praestat modo perfectissimo quidquid praestat in Intellectu Creato actus obscurus, et opinativus et consequenter datur aequivalentia illa, quam petit Argumentum: hoc autem non est dicendum; est ergo infirmum hoc Argumentum. = Respondetur 2° distinguendo ma: Deus omnino simplex aequivalet pluribus Entitatibus Creatis modo Eminentissimo Concedo ma: aequivalet fraliter, nego ma: distinctio clara est ex Dictis in materia de essa, et attributis.

Ex qua deduco, quod quamvis aequivalentia, et convenientia formalis inducat pluralitatem formalitatum, non autem aequivalentia Eminentialis perfectissima. sic enim quamvis Deus per aequivalentiam Eminentissimam praestet, quidquid praestatur a Corpore, non est in ipso distinguibilis aliqua fralitas Corporis. Consistit ergo haec aequivalentia Eminentialis in eo, quod per formalitatem unicam volitivi fraliter inclusam in essa divina habeat Deus quidquid habet substantia Creata, et eius potentia, realiter distincta. non sicut hae redduntur volentes per volitionem, ita volitivum divinum fraliter in essa inclusum redditur volens per volitionem.

Argues 2°, et instabis, contra solutionem Exhibitam. aequivalere substantiae Creatae non est, aequivalere Eius potentiae realiter distinctae,

quum substancia Creata, et Eius potencia sint duo extrema realiter distincta: q.d distinguibilis est in Deo duplex formalitas, alia, per quam aequivaleat substancia viventi Creata, et alia, per quam aequivaleat Eius potiae realiter distincta. = Respondetur distingdo Ant.: aequivalere substanciae Creatae, non est aequivalere Eius potenciae diversitate solum se tenente ex parte terminorum, Concedo Ant.: diversitate se tenente, ex parte fralitatum; nego Ant.

Fatemur esse terminos diversos substanciam viventem Creatam, et Eius potiam; asserimus vero Deum per Eandem omnino fralitatem his terminis aequivalere, quia haec est aequivalentia taliter Eminentialis, quae sufficienter praestatur per unicam fralitatem. nam idem omnino munus resultat in Deo per aequivalentiam substanciae, et per aequivalentiam potiae, quodque Deus sit eodem modo, et Eorundem obtorum volens, aequivalendo substanciae, et aequivalendo potiae; et quotiescumque in Deo non praestatur diversum munus per unam, et alteram fralitatem, non est in ipso distinguibilis una, et alia fralitas.

Arguies 3.o in volitivo proximo divino potest distingui et formalitas volitivi, et fralitas proximi: qtur distinguibilis est in volitivo divino duplex formalitas. Ant. probatur quia in volitivo divino fraliter reperitur, et quod sit volitivum, et quod sit proximum; et quum aliud sit, quod sit volitivum et aliud sit, quod sit proximum. distinguibilis est in volitivo divino proximo Ea duplex formalitas, et consequenter volitivum proximum et remotum. = Respondetur concesso Ant. distingdo consequens: q.d distinguibilis est duplex formalitas

de linea volitivi, vel duplex formalitas, quarum
vnaquaeque sit volitiva, nego consequentiam: duplex
formalitas quarum vna sit volitiva et alia ratio com
unis ad volitivum et non volitivum, et quae includitur in
conceptu volitivi divini concedo consequentiam.

Fateor in volitivo
divino posse distingui, et rationem volitivi, et rationem
proximitatis. hoc tamen ratio proximitatis est ratio
quaedam comunis ad volitivum et ad alia praedicata
quae non sunt volitivum, sicut in volitivo divino conside
rari potest ratio entis, et substantiae, quae sunt
rationes comunes ad alia praedicata, quae non sunt
volitiva; vnde ex hoc non bene arguitur posse
in deo dari volitivum proximum, et remotum, sicut non
bene arguitur ex eo, quod in volitivo considerari
possit ratio entis et substantiae. includitur tamen
in conceptu adaequato volitivi ea ratio proximitatis,
sicut et includitur, ratio entis, et substantiae.

Arguens 4° cum aliquibus
Recentibus Thomistis: essa divina constituit deum sub
ratione dei: capacitas vero proxima ad volendum
non constituit deum sub ratione Dei sed sub ratione
~~dei~~ volentis: ergo capacitas proxima sive actus
primus proximus volendi adaequate distinguitur ab
essa divina. Respondetur hoc argumentum iuxta nos
tram doctrinam de constitutione divinae essae non
habere difficultatem. nam sicut essa divina constituit
deum sub ratione Dei, ita capacitas proxima
sive actus primus proximus volendi constituit deum
sub ratione Dei, quum quidquid constituit essam divinam,
ut revera constituit actus primus proximus volendi,

Instituit Deum, sub ratione Dei.

argues 5° cum aliquibus Complutensibus: essa divina sub ratione Deitatis, non exprimit voluntatem divinam sub ratione voluntatis divinae; sed hoc sufficit, ad hoc ut Deitas, quatenus est Deitas, distinguatur adaequate ex nostro modo concipiendi a voluntate, quatenus est voluntas divina: quia adaequate distinguuntur voluntas, et essa; maior probatur; essa divina sub ratione Deitatis exprimit praecise rationem entis pleni omni perfectione simpliciter simplici; sed sub hac praecisione non exprimitur divina voluntas; nam expressio de Deo, quod sit plenus omni perfectione simpliciter simplici, stat, cum judicio negante deo voluntatem, si nimirum existimet aliquis voluntatem non pertinere ad eam plenitudinem perfectionis: quia essa divina sub ratione Deitatis, non exprimit voluntatem divinam. Confirmatur: ~~deus~~ demus esse veras opiniones aliquorum theologorum, qui putant in deo esse iusticiam strictam, et continentiam productivam sub stantiae supernaturalis. sic argumentantur: stat cum hoc, quod est deum exprimere expressione affirmante esse plenum omni perfectione simpliciter simplici, et non eum exprimere sub ratione eius justiciae, et continentiae, sed potius haec praedicata negare propter rationes, quae apparenter probant, esse excludenda a Deo: quia similiter stabit optime affirmare deum esse plenum omni perfectione simpliciter simplici, et negare idem voluntatem praesertim liberam, quia talem entitatem implicatissimis fallicijs expositam esse judicat.

Respondetur ad Argu: distingdo ma: essa divina adeqte concepta, nō exprimit voluntatē divinā nego ma: inadeqte concepta concedo ma:

ad Relationē illius distingdū & ma: essa divina sub ratione deitatis exprimit praecise rationē entis pleni omni perfectione simpliciter simplici, abstractissime, et communissime sumpta nego ma: exprimit praecise rationē entis pleni omni perfectione simpliciter simplici, et tali determinata et in particulari concedo ma: ratio distinctionis & clara; nā quū essa divina sit quoddam ens determinatū, et in particulari, debet continere talē et talē perfectionē simpliciter simplicē determinatā et in particulari; unde si concipiatur essa divina conceptu adaequato, debet concipi continens talē, et talē determinatā perfectionē, ex qua realissime in ratione talis essentia constituatur et praecipue debet concipi tanquam volitiva quia haec & perfectio quaedā determinata continens tanc determinatā essam.

ad confirmationē respondetur essa divina posse concipi, et conceptu adaequatissimo, et conceptu vulgariter et, et communiter adaequato. fateor, quod si concipiremus essam divinā conceptu adaequatissimo, plura praedicata in ea explicaremus, quae modo nō explicamus, quod communē, et vulgarē illius definitionem exhibemus. ideo notabimus in materia, de essa

et attributis, nō posse a nobis in hac vita tradere definitionē exactissimā, et adaequatissimā divinae essentiae, quia plura praedicata illā constituentia ignoramus. Modo autē dicimus tradere definitionē divinae essentiae, quando eā explicamus conceptu vulgariter, et convinciter adaequato, hoc est, quando eā explicamus per eas perfectiones, quae sine controversia ab omnibus admittuntur, tanquam simpliciter simplices. quum autē eae perfectiones, quae in confirmatione tanguntur, nō admittantur ab omnibus sine controversia, tanquam simpliciter simplices, admittatur tamē ab omnibus libera voluntas, tanquam perfectio simpliciter simplex, nō est narium explicare justitiā strictā, et continentiā substantiae supernaturalis, licet sit necessarium explicare voluntatē liberā.

Disputatio 4ª

An volitivum divinum sit principium virtualiter productivum volitionis nariae.

Caput 1m

aliqua praelibantur, et doctorum iudicia proferuntur.

Consulto dico volitionis nariae, quia specialis est difficultas circa volitionē liberam, ut in controversia 4ª videbimus. modo quo relinquendo insuperabilis illae difficultatis discussionē, sermonē tantum instituimus circa volitionē necessariā. in quo puncto certissimum est nō dari in deo principium formaliter realiter productivum volitionis necessariae, quia hoc petit distinctionē realē actualē inter producens, et productum, quae longe abest in divinis

inter prædicata essentialia: et solum investigamus principium realiter virtualiter productivum, quod cum distinctione reali virtuali arguenti maxima, et Deo digna perfectione componatur.

recolenda est quod illa duplex distinctio virtualis, cuius meminimus in materia de essa, et attributis, et quam alij in materia de trinitate abunde explicant virtualis distinctio, alia est minor, quam et alij appellant fundamentalem, et hæc nil aliud est quam fundamentum, quod datur in fœcunditate obtinendam distinctionem rationis ratiocinatæ efformandam. distinctio vero virtualis maior est æquivalentia quædam evidentissima, qua res realiter indivisibilis æquivalet pluribus realiter distinctis ut distinctis in ordine ad verificanda prædicata realia, alias contradictoria et ideo realis virtualis appellatur. hanc distinctionem virtualem aliqui extendunt ad plura prædicata divina alij solum eam admittunt ad explicandum aliqualiter mysterium trinitatis.

plena resolutio præsentis difficultatis duo exigebat. 1m erat explicare an inter volitivum, et volitionem detur distinctio realis virtualis, quæ datur capacitas ad verificationem duorum prædicatorum contradictoriorum realium, quæ distinctio si non detur procul dubio corruet principium realiter virtualiter productivum, quod supra eam distinctionem fundatur. 2m erat an si detur eiusmodi distinctio realis virtualis, inferatur volitivum divinum esse principium virtualiter productivum volitionis. modo prelinquimus

illis primae difficultatis discussionem, quae modo non est locus investigandi, an et inter quae praedicata versetur, distinctio realis virtualis; id enim pertinet ad alias materias; discutiemus autem in praesenti an omittendo quod detur huiusmodi distinctio virtualis inter volitivum, et volitionem actualem sequatur, quod volitivum divinum sit principium physicum virtualiter productivum volitionis.

Pro resolutione notandum est nos in praesenti inquirere praedicatum productivi revera in Deo existens antequamcunque intellectus nostri considerationem. nam quod voluntas divina sit principium virtualiter productivum volitionis non involvit, neque supponit aliquam extrinsecam denominationem a nostris imperfectis, conceptibus provenientem, sicut involvit aut supponit actus primus, intentionalis, quoad rationem illam primi, seu distincti ab actu 2°. et radix metaphysica attributorum, quae supponit, aut involvit separationem intellectualem iam factam per actus nostros mentales extrinsece, distinguentes unam perfectionem ab alia. quis autem dicat praedicatum physice productivi, licet cum addito virtualiter involvere, aut supponere distinctionem rationis? sicut neque supponit ipsa distinctio realis virtualis intrinseca.

His praelibatis, prior sententia affirmat divinam essentiam sive volitivum divinum formaliter in essentia inclusum producere physice virtualiter ~~quae~~ suam volitionem notariam Pat. Ripalda in Manuscriptis de voluntate affert, pro hac sententia Ricardum et Henricum adductos etiam a P. Montoya

Disp. 2ª sec. 1ª. Item Sto Bonauentura in 1m dist. 45
Quæst. 1ª Durando, Scoto, Caetano, Vasq, et alteris
ex antiquioribus, Eundo diuersi modi ampleti videlicet
Ga. Granados disp. 4ª pu. 3º pro se afferens Ga. Molina
Eiusdem sententiæ sunt Ga. Taberus, disp. 2ª Qa. 1ª
Dubio 5º pu. 4º Ga. Arrubal disp. 49 Cap. 2º Ga.
Vaznandus in Theologia Naturali Dis. 8ª
quam hi omnes,
et plures alij doctores, pro hac sententia referentes, nō tamē omnes
eandem hanc opinionē sequuti sunt. nam quamuis dicant in deo esse potiā
ex uolitione naturæ, nō fuerunt nomen potiæ, cū tanto rigore, ut
intelligant in deo esse eandem potiā realiter productiuā sunt eiusdem
tiuā, etiā virtualiter. Et fuerunt nomen potiæ pro actu 1º intentionali
uolendi, qui nō affert realē aliquā productionē, aut relationē. nec
tamen aliqua ex dictis subrepat, Quia nos nō utimur nomine potiæ
in deo absolute prolato, Et nomine actus primi, quod nullā videtur
importare perfectionem ex se ferre. quod tabet de hoc sit, placuit tan
dem hac sententia D. Arriaga, disp. 24 sec. 2ª, et pluribus inge
niosis, et doctis Authoribus, quos plurimū hac nostra tempestate
doctrina de primatu virtualibus arrisit.

Asserit sententia negat
in deo primatū realiter virtualiter productiuū uolitionis naturā
lis Ga. Ripalda asserens Alexandrū, Albertū, Capreolū pro
hac etiā sententia, sunt Aureolus in 1m dist. 35 parti 3, et dist
45, arti. 2º, et 3º Ga. Suarez, et montoya, et Salas, et Fasolus, et Vasq
et plures alij, quam hi omnes, et alij pro hac sententia adducun
tur a Pe Ribadeneira, nō omnes Patronos esse certos ex
censeo tum quia nō constat in quo sensu asserant productionē physicā
realē virtualē. tum quia nō verisimile habeat quæstionē adeo distinctionē realē virtualē, Et ea negata istos uolitionem, et amorem
naturæ, negant deinde productionē physicā realē virtualē. Vbi
dubia sequentia mea plurium doctorū, quos pro hac sententia cita
tos inuenies.

Caput 2m.

Volitiui Diuini non est Principiū realiter virtualiter productiuū Volitionū naturæ.

Obatur 1° nostra Sententia, in titulo Capitis inscripta. hæc productio realis virtualis intrinseca &, nō explicatur in quo ea ipsa stat, aſ. nō & abstruenda in Deo. igitur patet, q. Nunq. Theologus debet esse ad fide præcise taliter explicentes diuina perfectiones, quod nō remaneant post explicationē facta plenius intelligibiles. hæc in effat plius implicatio, quā explicatio. Aut Obatur; omne Predicatum in Deo existens, quod dicitur tale, vel tale virtualiter, aliqd & in Deo, nō solū ad hoc addito diminuente virtualiter, & alia fraliter, absolute, et simpliciter, licet & aliqd aliud virtualiter: imo nō & aliud virtualiter, ipsi q. dem & absolute saltem fraliter aliqd in Deo.

hac Doctrina clarissima &, et pluribus Exemplis confirmari potest. na Aurea, q. dem absolute, et fraliter & Aurea, & virtualiter et æqualenter Argentea. sic omnia folia diuina, q. dem & absolute, et fraliter virtus productiua Creaturarum & virtualiter, et æqualenter ipsa esse Creaturarum. sic etiā ipsa distinctio virtualis intrinseca, quā gratis omnino admittimus inter Volitionē, et Volitionem naturæ, q. dem & aliqd absolute, & fraliter in Deo, nimirū, aptitudo intrinseca, et taliq fralitas suscipiant Predicata contradictoria, & æquivalenter, et virtualiter distincta realiter formaliter. aliqui nō & assignabile in Deo aliqua fralitas, et absolute in ipso existens, in quo ipsa distinctio virtualis sint assignabile & Predicata, in quo fraliter, et absolute in Deo existenti ipsa distinctio realis virtualis: aſ. intelligibilis &, hæc productio realis virtualis.

Minor huius sillogismi probatur: tale nunq. assignabile & in Deo distinctio realis virtualis, q. dem in sua ratione formali dicit Predicatum commune distinctioni realis absolute, et simpliciter fali capacitatē nimirū ad sufficiendā Predicata Contradictoria, quod Predicatū Contrarium ad Extrema finita, et limitata sufficiens &, habens sufficiendi illa absolute, et simpliciter realiter distincta: et Contrarium ad Extrema infinita perfectionis ipsius illa virtualiter sola distincta. Quæ distinctio realis formalis, et distinctio realis virtualis petunt primam sufficientiam in hoc Predicato, vt. in hac capacitate ad verificanda Predicata Contradictoria, et ipsa veritate manifestā &.

Ex quo fit, quod similiter ad productionem Physicā virtualē

inter Volitiu̇ diuinu̇ et Amore nariṅ requiratur, quod de rij Extra. rij Verificetur, qđđ de Extra. rij Realij Verificatur laborantibus Ordine producentij, A producti prascindendo ab Extremorum limitatione, ad productio Physica Virtualij debet poni in deo ad Extra. rij, quo pacto Distinctio realis Virtualis, unde sicut requiritur ad Distinctionem Virtualem, quod de Extra. rij diuinis Verificetur, quod de Extra. rij Realij realiter distincti Verificatur, exclusa dubitata limitatione talium Extremorum: sic similiter requiretur ad productionem Physica Virtualis, quod de talibus Extra. rij diuinis Verificetur, qđđ de Extra. rij Realij laborantibus Ordine producentij ad producti Verificatur, exclusa dubitata limitatione talium Extremorum.

Aliqui nȯ potest assignari in deo tale Productio Principij: nã Extra. rij Ordine producentij, ad productum Prascindendo ab ~~Extremi~~ Extremorum limitatione, aut illimitatione requiritur quod aḋ productione Extendat Veritatem ponendo alia Entitatem, que faciat numerum cu̇ producente, ut videmus in Realij, in Sole ru̇ Lucij; et in diuinis, in Patre eterno ru̇ filio, qui ratione producentij ad producti multiplicat Entitatem, que facit cu̇ ipso numerum; Sed inter Volitiu̇ diuinu̇ et Volitionem nariam non datur numerus, quu̇ Volitiu̇ et amor narius sint Prima realiter indivisibilis Entitas: q. nȯ s. assignabile in deo aliquid realiter in ipso Extra. rij, in quo ~~Physica~~ Physica Ea productio Physica, Virtualis; et Negatio Ea Intelligibilis s. hec ratio fuisse proposita s., oportuit tamen, q. a communi Intentu.

Data ponenda sunt in Volitione et amore narius, quia necessaria sunt, ut deus reddatur nario volens

Probatur 2ª. illa prodi
nil dedit. nil dedit.

reddatur nario volens, narius nȯ s. quod sit principium Physicum virtualiter producium: q. nȯ s. asserendu̇ deu̇ esse principium Physicum Virtualiter producium amorij necessarij. ma. s. certa, Creata reddatur volens, narius nȯ s. quod Physice, realiter ~~virtua~~ actualiter producat amorem, Sed sufficit, quod recipiat amorem, qui s. forma volendi, ut in libris de Anima docuimus. q. ut deus reddatur nario volens, narius nȯ s. quod sit principium Physicum ~~realiter~~ producium amorij virtualiter, nam

eatenus poneretur in deo ex phisica productio virtualis, quatenus esset necessaria, ut ~~quod~~ deus redderetur volens ex conceptu volentis.

Probatur 3°. deus nō dicitur principium phisice virtualiter ~~producti~~ receptivum amoris nārij, quod neq. principium phisice virtualiter eiusdem productivum. Ant. nullus adversariorum admittit, quia in receptione, quocumq. modo explicetur, semper affertur imperfectio deo indigna. Consequentia probatur: quia eatenus deus esset principium phisicum virtualiter productivum amoris nārij, vel quia debet aequivalere substantiae creatae volenti, vel quia phisica productio est nāria ad denominationem volentis. Si dicas esse principium virtualiter productivum amoris nārij, quia evidentissime aequivalet substantiae creatae volenti; quum etiam substantia creata volens, nō solum producat volitionem, sed etiam recipiat, debet aequivalere substantiae producenti, et recipienti, et consequenter erit nō solum principium productivum, sed etiam receptivum virtualiter. Si dicas phisicam productionem esse nāriam ad denominationem volentis in creatis; quum etiam phisica receptio sit, necessaria ad eandem denominationem, debes dicere non solum esse principium phisicum virtualiter productivum, sed etiam principium phisicum virtualiter receptivum.

Caput 3m

Responsiones Adversariorum Enervantur.

Dicunt 1° defensores oppositae sententiae facilimum esse assignare in deo praedicatum formaliter in ipso existens, quod sit principium phisice virtualiter producens amorem nārium: nam per principium phisice virtualiter productivum amoris nārij, nil aliud intelligitur, quam quod essa divina coniuncta per identitatem realem cum amore nārio praestet modo eminentissimo id ipsum, quod praestat substantia creata in se ipsa producens suum amorem nārium: quum autem negari nō possit deum ita se gerere, ac si produceret realiter formaliter suum amorem nārium, dicendum est deum phisice virtualiter esse productivum sui amoris nārij. Et quidem quum in deo detur haec aequivalentia eminentissima, negari nō potest ideam esse sufficientem ad constituendam hanc phisicam produc

Phisicam Productionem Virtualem. Sed contra est, quia haec sunt meo Judicio, mera terminorum involucra quibus Theologicae difficultates obscurantur. nos non negamus in Deo hanc Eminentissimam aequivalentiam, qua Deus ita se gerat cum suo amore nario, ac si revera illum produceret, hoc est, ita habet ab amore nario denominationem nario volentis, per identitatem actualem realem cum illo, qualiter habet substantia Creata in se ipsa producens suum amorem narium sublatis plurimis Imperfectionibus. addimus tamen, hoc non esse sufficiens fundamentum ad ponendum in Deo principium Phisicum Virtualiter Productivum Amoris narij, sicut neque perfectissima aequivalentia qua Deus aequivalet Creaturae est sufficiens fundamentum ad ponendum in Deo aliquod praedicatum Creatum v. g. Corporis, accidentis, aut alia similia.

ratio est, quia praesentis Concertationis scopus est, inquirere praedicatum formaliter in Deo Existens, quod tamen sit virtualiter aliud; sicut quando ponimus in Deo distinctionem realem virtualem, ponimus in Deo praedicatum formaliter in ipso Existens, quod virtualiter sit distinctio realis, formalis, ~~virtualis~~ actualis, et si aliud intendatur, est extra metam praesentis Concertationis abire. Unde Eminentissima illa aequivalentia, de qua loquuntur adversarij, potius est Ludus vocum, quam rei expositio, quia Eminentialis aequivalentia non includit in Deo praedicatum, per quod conveniat formaliter cum rebus Creatis in ratione producentis et producti, quoad praedicata essentialia, et absoluta, sicut inducit distinctio realis virtualis cum rebus realiter formaliter distinctis, ut probatum est; atque adeo si hoc modo instituatur Concertatio manifestum mihi est, in Deo non reperiri principium Phisicum volitionis nariae, virtualiter productivum.

dicunt 2°. Rores alij, hanc rem subtilibus meditantes Phisicam productionem virtualem in Deo, et in eo existere, quod essa divina, sive volitivum divinum formaliter in essa inclusum produceret realiter formaliter volitionem nariam, si a volitione naria realiter formaliter distingueretur. Unde fit, quod Ea Phisica Productio, quae modo solum est realis virtualis, esset productio realis formalis posita distinc

2 quaderno

posita distinctione reali formali inter volitiuum, et amorem nariu; et modo sit realis virtualis, quia non datur ea distinctio realis formalis, sed solum realis virtualis. atque adeo, si semel concedatur distinctio realis virtualis inter volitiuum, et amorem nariu, non potest non dari phisica productio virtualis, quam intendunt oppositae sententiae defensores.

Contra 1°. quia ut essa diuina siue volitiuum formaliter in ipsa inclusum produceret actualiter, formaliter amorem nariu facta praecise Hypotesi, quod detur distinctio realis formalis inter volitiuum, et amorem nariu, debes concedere essam, et volitiuum diuinum habere nunc, et de facto virtutem intrinsecam productiuam amoris narij, quia si solum Hypotesis stat in hoc praecise, quod detur distinctio realis formalis inter volitiuum, et amorem, et nulla alia in his extremis mutatio fiat, et statim infers volitiuum debere producere actualiter formaliter amorem debes concedere essam siue volitiuum diuinum habere de facto virtutem intrinsecam productiuam amoris narij. atqui, difficile admodum est, concedere nunc et de facto diuinae essae, et volitiuo diuino virtutem intrinsecam quam est ex se productiuam amoris narij, cum quo petit essenter identificari realiter actualiter, ut consideranti perspicuum erit: quia diuina essa, siue volitiuum diuinum modo, et de facto, non habet eam intrinsecam virtutem, ad producendum amorem nariu sub Hypotesi impossibili distinctionis realis amoris essentialis a volitiuo, unde ut in ea Hypotesi legitime inferas essam diuinam esse productiuam amorem nariu, debes supponere duo nimirum, virtutem superuenientem diuinae essae, et distinctionem realem amoris, ab essa diuina; et consequenter ut defendas tum principium phisicum virtualiter productiuum gratis supponis, quod praecise posita distinctione reali inter essam, et volitionem, statim essa produceret realiter actualiter volitionem.

Contra 2°. quia male colligunt aduersarij essam diuinam realiter productiuam volitionem nariam, si hoc realiter ab essa diuina distingueretur. nam etiam data hac Hypotesi vo

volitio illa naria esset, substantia infinita a se, et cui nullum datur principium naturale nos inducens ad asserendum volitionem volitionem substantialem infinitam, et a se esse producendam a natura, si illa, ab hac realiter actualiter distingueretur: quod male colligitur divinam essentiam, tunc esse productivam realiter actualiter volitionem naria. Ex quo infertur, praeter officium virtutis in divina essentia dari aliud caput, quae non producat volitionem illam volitionem naria in mirum, quod esset a se, illa volitio, et essentialiter excludens omnem sui productionem.

Itra d 3°. quia etiam dando divinam essentiam esse productivam volitionis naria in ea hypothesi, distinctionis realis, deberet illa volitio recipi in natura, ut illam denominaret volentem, si non daretur receptio eiusdem in praedicato producenti, ut d in philosophia certum: atqui non sufficit, ut essentia modo dicatur principium virtualiter receptivum, quod in ea hypothesi reciperet volitionem: quod neque sufficit, ut modo dicatur principium virtualiter productivum, quod in ea hypothesi realiter actualiter produceret. at quidem certius d, essentiam divinam debere recipere volitionem, si haec realiter actualiter ab illa distinguatur, ut denominetur volens. quam quod illam debeat producere ad denominationem voluntatis subeundam.

Itra d 4°. instaurando iterum nostram rationem a priori, tunc una formalitas d principium virtuale rei alterius, quando actu, et ex parte obti independenter ab intellectu comparatur cum alia, exercendo in ipsam omnia, quae exercet principium reale formale productivum in suum terminum, seclusa distinctione reali; sed implicat seclusa

distinctione reali inveniri veram principiantem unius fraternitatis in aliam: ergo et principium virtuale. ma, et ipsa definitio principij virtualis in praesenti admittenda, et ab omnibus supponenda, qui principij virtualis existiam inquirunt: mi probatur: implicat principiatio realis sine distinctione reali, ex eo enim una persona in divinis et realiter distincta ab alia, quia una est principium reale alterius; sed principiatio, quae contingit a parte rei, re, et actu independenter ab intellectu, et realis, quidquid enim existit a parte rei, independenter ab operatione intellectus et ens reale; ergo implicat vera principiatio a parte rei, sine distinctione reali. et consequenter principium physicum productivum utraliter et inintelligibile, et implicatorium.

Caput 4m

Argumentis oppositis fit satis

acutissimus quidam Rector quem in Theologia magistrum excepi, et cuius ingenium semper suspexi, plura congerit ad propugnandam divinam essentiam esse principium reale virtualiter productivum relationum divinarum, quae possunt in praesenti accomodari ipsi volitivo, et actuali, et volitioni, praesertim quum admittamus, vel potius omittamus distinctionem realem virtualem inter volitivum et volitionem. sic ergo 1o obijcitur: nil aliud est volitionem produci realiter virtualiter ab essentia divina, sive a volitivo formaliter in essentia incluso, quam quod volitio existat ab essentia divina, sive a volitivo virtualiter distincto, non potest autem existere ab essentia, sive a volitivo virtualiter distincto, nisi habeat vim sufficientem statuendi existentiam volitionis, et traducendi, quum sit opus, volitionem ad statum existendi simpliciter in se ipsa. potest autem traducere volitionem actualem ad statum existendi, quia essentia divina, sive volitivum

Intelligitur in quodam signo, in quo non Intelligitur volitio actualis, tanq; adaequata potia, possibilitas proxima, et non repugnantia volitionis actualis, quae in eo signo verificat, vi sua volitionem existere posse sine repugnantia horum terminorum. et tandem id verificat, quia divina essa, utpote ens perfectissimum continet in eo priori eminenter adaequate existiam bonorum omnium distinctorum longe melius, quam in radice fructus, aut in fonte continentur aquae, priusquam in rivulos diffundantur. atqui haec probant revera dari in deo principium virtualiter productivum volitionis necessariae, quod datur eiusmodi principium.

Propter haec omnia non probare principium virtualiter productivum, qualiter in praesenti a nobis accipitur, et de quo sermonem instituimus, hoc est principium exercens vere, et proprie rationem producentis, et producti absq; distinctione reali producentis, et producti. nam quod volitio existat ab essa divina solum dicit, quod ratione nostra praesupponatur ad volitionem, et per nostrum conceptum Intelligatur prior, quam volitio. neq; quod habeat vim statuendi volitionis existiam, aliud denotat, quam hanc prioritatem Intentionalem, ratione cuius essa rei metaphisica habet vim inferendi, et ponendi omne aliud praedicatum identificatum quod non pertinet ad metaphisicam illae essae constitutionem. Unde essa Metaphisica non statuit productive existiam volitionis, sed statuit prioritate quadam rationis, illativam existiam volitionis necessariae.

neq. aliae loquutiones, in quibus dicitur essa divina esse possibilitatem potiam adaequatam, non repugnantiam, et continentiam eminentialem volitionis nariae aliud Intendunt. nam si haec loquutiones, cum omni rigore phisico acciperentur, probarent non solum productionem virtualem, sed etiam realem. Unde quodcumq. haec loquutiones admittuntur, inter praedicata absoluta, et essentialia, non important veram, et realem traductionem, de statu possibilitatis ad statum existiae; hoc enim esset confingere alium deum ab eo,

qui de facto datur, qui per identitatem realem habet quidquid est perfectio simpliciter simplex. quodcumque autem id habet per identitatem realem, non potest id habere per principium etiam virtualiter productivum, quia hoc petit exercere rationem producendi absque distinctione reali inter producens, et productum.

Objicies 2°. Eo modo, quo in divinis datur distinctio, debet dari productio; sed inter perfectiones, inter quas datur distinctio realis, exercetur productio realis: ergo inter eas perfectiones, inter quas datur distinctio virtualis, exercebitur productio virtualis. atqui inter volitivum, et volitionem datur, distinctio realis virtualis: ergo etc. = Respondetur negando ma: nam quum ratio producentis, et producti nario, et essentialiter importet distinctionem realem formalem, inter producens, et productum, ubicumque absit haec distinctio, non potest dari productio realis. Et ideo in divinis solum agnoscimus veram et realem productionem inter personas realiter distinctas. quia solum inter eas agnoscimus realem distinctionem formalem. Unde fit, quod tam implicatoria sit, productio realis virtualis inter perfectiones absolutas, quam est implicatoria productio realis absque distinctione reali.

Objicies 3°. pro eo priori, pro quo, divina essentia praecedit volitionem nariam, haec est proxime possibilis: ergo essentia divina est principium productivum illius. Antecedens probatur, quia pro eo priori datur necessitas proxima, ut sequitur volitio necessaria, et omne narium, eo ipso, quod sit narium, est proxime possibile. Consequentia patet, quia effectus creati, et finiti non sunt proxime possibiles pro priori ad suam existentiam, nisi in causis, et principiis realiter ipsorum productivis: ergo similiter, volitio naria non erit proxime possibilis ante suam existentiam, nisi in principio virtualiter ipsius productivo, et consequenter hoc principium erit admittendum. Confirmatur: pro eo priori, quo solum existit essentia divina, non existit actu, et formaliter volitio necessaria

ut distincta virtualiter ab essa divina: quod existit virtualiter, et consequenter datur principium virtuale illius.

Respondetur in primis retorquendo contra adversarios argumentum. nam pro eo signo, pro quo essa praecedit volitionem, datur realis, et propria necessitas, ut existat volitio necessaria, quapropter si possibilitas datur, ad propositionem qua datur necessitas, quae haec sit vera, et realis, possibilitas volitionis erit vera, et realis, et vis productiva illius non solum virtualis, sed etiam actualis, formalis, et realis. Respondetur deinde concesso, vel omisso aut negando consequentiam. ad cuius probationem dicimus proximam possibilitatem effectuum creatorum, constitui ex virtute illorum physice productiva: proximam vero possibilitatem volitionis naturae pro eo signo, pro quo essa divina praecedit, non constitui ex virtute physice realiter, aut virtualiter productiva, sed ex identitate reali omnino naturae, exercenda in 2° signo rationis ad existentiam divinae essae. ad confirmationem concedo tunc existere volitionem necessariam in divina essa virtualiter, aut eminenter, tanquam in ratione illius a priori petenti realem identitatem cum ipsa, non vero tanquam in principio aliqua ratione realiter, aut virtualiter productivo.

Objicies 4°. quod divina essa sit principium virtualiter productivum volitionis naturae, nullam infert imperfectionem: quod sine fundamento negatur eiusmodi principium productivum realiter virtualiter. consequentia patet, et antecedens probatur; et in primis distinctio virtualis quam involvit principium virtualiter productivum, nullam importat imperfectionem, quam nos ipsi eam admittamus inter praedicata absoluta, et relativa, et inter volitionem necessariam, et intellectionem; et insuper, quam pro praesenti omiserimus, quod detur haec distinctio inter volitivum et volitionem

nō ē revocanda, Imperfectio ad distinctionē virtualē. insuper neq; datur Imperfectio in Principio virtualiter Productivo quū in divinis debeat admitti iuxta fidem Principiū formaliter Productivū, quod maius ē Principio virtualiter Productivo.

Respondetur negdo ant., ad probationē fatemur nō oriri imperfectionē ex Conceptu, distinctionis virtualis, quā omittimus inter volitivū, et volitionē. datur tamē imperfectio in essa divina, et in volitione naria, ex ratione Producentis et Producti, nā si essa divina esset Producens realiter actualiter, distingueretur a volitione naria, et Deus redderetur volens per aliquid actualiter, realiter, et fraliter ab ipso distinctū, quod maximū inveniens iudicamus. Cū hoc sit, quod fralissimus, et praecisus conceptus producentis, et producti in divinis nō dicat Imperfectionē, quocūque Inveniri potest, nō autē ē perfectio inter eas perfectiones, inter quas Inveniri nō potest sine Implicatione trorū. Unde perfectio ē quod filius, et spiritus sanctus producantur, nō autē ē perfectio, quod volitio naria, et essentialis producatur.

Disp. 5ª

an detur habitus in voluntate divina?

Caput 1m

Difficultas deciditur.

postq. actū 1m volendi in divina voluntate assignavimus, sequitur quod indagemus aliud praedicatū pertinens ad actū primū an nimirū in divina voluntate reperiatur habitus. et in primis certū ē hunc habitū (si forte detur in deo) nō posse esse phisicū et realē, sicut neq. ille actus primus volendi ē, phisicus et realis, sed tantū Intentionalis, dependens a consideratione nostri Intellectus. habitus enim phisicus, et realis importat realē distinctionē, quae longe abest a deo

inter praedicata essentialia, et absoluta; et divina voluntas, et actus purissimus excludens omnem distinctionem actualem, ante opus intellectus in omnibus perfectionibus, ad lineam voluntatis pertinentibus.

Communissima doctorum sententia negat habitum in voluntate divina, si unum vel alterum excipias. iudico ego totam difficultatis resolutionem pendere ab intelligentia significati, quod per hanc vocem habitus importatur. et quidem si per hanc vocem significetur facilitas quaedam superveniens potentiae, quae sine illa ex se habebat difficultatem positivam ad amandum bonum, et amabile, certissimum mihi est, non reperiri habitum in voluntate divina, quodquidem ante quemcumque alium conceptum supervenientem, et superadditum, non intelligitur divina voluntas, cum aliqua positiva difficultate ad amandum obiectum dignum amore divino.

Si autem per vocem habitus intelligatur facilitas quaedam ad amandum supponens quidem potentiam amativam, non tamen positive difficilem ad exercitium amoris, non dubitarem concedere habitum in voluntate divina. nam aliud est, ex suo fralissimo conceptu amare, et aliud est facile amare: amare enim praecise dicit potestatem amativam, et ipsum exercitium amoris, quidquid sit, an sit cum facilitate vel non: amare vero facile, dicit facilitatem positivam residentem in potentia ad exercitium amoris. quis autem prohibet nostrum intellectum distinguere in voluntate divina, et potestatem amandi per identitatem cum volitione actuali, et facilitatem positivam ad amandum; quodquidem concipere unum, non est concipere aliud, et consequenter si vox habitus in hoc sensu accipiatur, poterit admitti habitus in voluntate divina.

Dicunt 1°. habitum

in ratione propria formali importare esse dispositionem potiae ad actum, et esse determinationem potiae ad unum potius actum quam oppositum, et consequenter non esse concedendum deo, quia haec important imperfectionem deo indignam. = Sed contra 1°, quia licet per habitum intelligamus dispositionem illam potiae ad actum possumus in deo concipere habitum, quia aliud est concipere potiam, et aliud est concipere eam esse dispositam; quod enim concipitur unum, non concipitur aliud. Contra 2°, quia habitus ex sua ratione formali, non semper supponit potiam indiferentem, quodque in potia naria bene potest dari habitus, qui reddat potiam promptiorem ad exercitium suorum actuum, quilicet non sit realiter distinctus, erit tamen habitus intentionalis, et metaphisicus.

dicunt 2°: negari non potest, quod in voluntate divina inveniatur facilitas, et promptitudo ad amandum: caeterum, quum non quaevis facilitas, et promptitudo sit habitus, sed ea tantum, quae supervenit potiae, et ab ea adaequate distinguitur, facilitas illa, quae reperitur in deo, non induit rationem habitus. Sed contra 1°, quia haec facilitas supervenit potiae et ab ea adaequate distinguitur; supervenit potiae, quia postquam concepimus voluntatem amativam, concipimus eam, facilem, et promptam ad amandum. distinguitur adaequate a potia, quia in ipsius conceptu formalissimo, non involvitur facilitas ad volendum, sed solum potestas volitiva. Unde, et 2°, quod potiae superveniens, et a potia distinguitur adaequate.

dicunt 3°. facilitatem provenientem ab habitu esse facilitatem ad producendum: quum autem deus non producat, neque producere possit suam volitionem naria, non potest deo concedi habitus, quis enim unquam concepit subtum facile, aut difficile ad subeundam aliquam denominationem. Sed contra 1°, quia si habitus esset ad producendum, manifestum esset eum, non esse admittendum in deo, ru volitionis naria nos non accipimus habitum cum tanto rigore, sed accipimus habitum pro facilitate, et promptitudine, et dicimus hoc modo esse in deo habitum. et quod sit de nomine habitus, certum est in deo inveniri hanc facilitatem, et promptitudinem

neq; dignu admiratione d concipere aliquod subtu, qua subtu, facile, aut difficile ad aliquam denominationem subeundam. a qua eu facilis d, ad recipiendam frigiditatem, qa in ea propendit, et difficilis ad recipiendu calorem, qa illi violentus d.

Dicunt 4o hanc facilitatem in deo residentem, no esse positiua sed negatiua, hoc d nullu dari impedimentu ad hoc, ut deus amet, et consequenter in diuina volutate no dari habitu, qa deficit positiua facilitas, quae d propria habitus. Sed contra d 1o. qa sine fundamento asseritur hanc facilitatem dei ad amandu no esse positiua sed negatiua, quodqdem deus positiue petit actuatem semper identitatem cu volitione actuali, quod proculdubio, magis stricte d positiua facilitas, qua quaeuis alia, quam in creatis experimur. 2o. qa nulla imperfectio relucet in admittendo in deo positiua facilitatem, nisi vel recurrendo ad controuersiam, in qua sumus, vel faciendo quaestionem de nomine. 3o. qa deus saltem petit hanc negatiua facilitatem, quandoqdem petit nullu sibi adesse impedimentu ad amandu: hanc autem exigentiam positiuam negationis impedimenti vocamus positiua facilitatem.

Caput 2m

Argumentorum Expeditio.

insurges 1o. ipsa volitio actualis habet suma facilitatem ad exercitiu amoris, et tamen in ipsa volitione actuali no datur habitus: qr no omnis facilitas ad exercitiu amoris d habitus. Respondetur illa sola facilitate, quae se tenet ex parte actus primi, esse appellanda habitu, no vero illa, quae se tenet ex parte actus secundi. Vnde no appellamus habitu # facilitate illa, in actuali volitione residentem, sed habitu appellamus facilitatem illa, qua ex parte actus primi, ad actualem volitionem concipimus. Itaq; concepta potestate amatiua, ante volitionem actualem, concipimus eam

deinde habilem, et promptam ad amandum, et tunc habitum concipimus ex parte actus primi ad volitionem actualem.

Insurges 2°. illa facilitas et promptitudo, qua ignis pergit sursum, et lapis deorsum, non appellatur habitus: quia neque illa facilitas, quae provenit in deo ex actuali identitate, quam habet cum volitione actuali, appellanda est habitus. Respondetur omittendo Ant.; nam sola illa facilitas, quae est ad actus vitales intellectus, et voluntatis, communiter, et frequenter habitus appellatur, non vero alia, quaecumque facilitas. et quidem quum vox habitus significet ad placitum, potius significat hanc, non vero aliam facilitatem. Unde consequentia negatur, quia bene possumus concipere deum promptum, et habilem ad eam denominationem per identitatem cum forma vitali subeundam, et tunc concipiemus habitum in deo.

Insurges 3°. si daretur habitus in deo, anteque intelligeremus habitum, conciperemus divinam essentiam positive difficilem; nam ideo ponimus habitum, ut illa facilitetur ad amandum; sed hoc arguit maximam imperfectionem: quia non est ponendus habitus voluntatis in divina essentia. ma. probatur, quia cum habitu intelligitur positive facilis: quia ante habitum intelligitur positive difficilis. = Respondetur negando ma.: non enim ante habitum concipimus divinam essentiam positive difficilem, quia aliud est, quod ante illam formalitatem habitus, divina essentia non sit positive facilis, et aliud est, quod ante illam formalitatem sit positive difficilis. Concedo, quod ante illam formalitatem non concipiatur positive facilis, nego tamen, quod concipiatur positive difficilis. Ex eo autem, quod non concipiatur positive facilis, nulla arguitur imperfectio, argueretur vero, si conciperetur positive difficilis.

Insurges 4° instando superius argumentum: habitus datur, ut tollatur difficultas; sed in voluntate divina nulla est difficultas: quia neque habitus. = potest hoc argumentum retorqueri, ut iam ab aliis notatum est. facilitas datur, ut tollatur difficultas. sed in voluntate divina est facilitas: quia in voluntate divina est difficultas. = Respondetur distinguendo ma.

habitus datur, ut tollatur difficultas, quæ adesset, si revera nō poneretur habitus, Concedo, vl omitto ma: ut tollatur difficultas, quæ positive adesset ante habitū, nego maiorē. Itaq. habitus ponitur, ne difficultas resultet afficiens potenciā, quæ ante habitū, neq. facilis, neq. difficilis intelligitur. Ubi iterū observandū ē, essā divinā, sive volitivū frāliter in essa inclusū, si rite concipiatur, nō esse concipiendū ante illā frālitatē habitus positive difficile, sed solū negative, hoc ē, neq. positive facile, neq. positive difficile, ad denominationē volentis subeundā.

Insurgo 5°. et iterū instabis: habitus ex sua specifica differa affert imperfectionē: qtur nō ē ponendus in voluntate divina. Ant. probatur, qa ideo ponitur, ut suppleat aliquem defectū virtutis. Confirmatur primo: voluntas divina vl se sola ē sufficiens ad actum amoris, vel nō ē se sola sufficiens; si primū dicatur, superfluus ē habitus. Si 2m. iam voluntas divina nō erit perfectissima, in linea voluntatis. Confirmatur 2°. qdqd præstatur per habitū, sufficientissime præstatur per divinā voluntatē qtur nō ē necessitas ponendi habitū in deo; Ant. probatur, qa qdqd præstatur per habitū, ē influere in actus amoris, at hoc modo determinare, et inclinare potiā; sed hoc præstatur eminentissimo modo a voluntate divina, secluso quocūq. alio: qr. superflue ponitur habitus.

Respondetur distingdo Ant.: habitus creatus concedo Ant.: habitus comunissime sumptus, at quē nos ponimus in deo, nego Ant. ad probationē negandū ē Ant. de habitu, quē in deo ponimus. nā hic supponit voluntatē divinā sufficienter constitutā in linea virtutis volendi, quæ deinde facilis, et prompta per habitū intelligitur

et qdē falsū ē omnē habitū poni ad supplendū defectū virtutis, quē habitus naturalis nō ponatur ad supplendū eiusmodi defectū, sed ad facilitandā potiā iā aliunde et simpliciter et absolute potentē. cū quo stat habitum supernaturalē supplere virtutis defectū, qā ante illū potencia naturalis solū ē inchoate potens.

ad primā cfirma: Rptur. Voluntatē divinā sub conceptu proprio, et adeqto voluntatis conceptam esse sufficientē virtutē ad actū amoris, licet tunc ea virtus nō intelligatur prompta, et facilis ad actū amoris. nā aliud ē virtus sufficiens, et aliud ē virtus sufficiens cū facilitate, et promptitudine. ad 2ā cfirma: Rptur negdo Ant. nō eñ qdqd praestatur ab essa divina, praestatur ab ea facilitate et promptitudine, quā habitū appellamus. neq. divina voluntas, neq. habitus, quē in ea ponimus, praestant aliquē influxū in actū amoris, qā influxus ē productio et omnis productio excludat in divinis quoad praedicata absoluta et essentialia.

insurges 6°. illa nomina rerū creatarū nō possunt vere, et proprie convenire deo, in quorū significato, postq. ablata sunt omnes imperfectiones creaturarū nō manet aliqua perfectio propria illius significati, sed manet tantū aliqua ratio communis; sed hoc contingit in significato huius vocis habitus, quod nō manet vere et proprie in deo, ablatis imperfectionibus creaturarū: qr. Ant. Rptur concedendo ma: et negdo mi: nā ablatis imperfectionibus creaturarū remanet facilitas illa, et promptitudo, quae adhuc retinet rationē habitus, nisi de vi vocabuli velimus contendere. et si insistas illā facilitatē praecise, et promptitudinē nō esse habitum appellandā, nō multū curabo. dummodo mihi concedas dari in voluntate divina hanc facilitatē et promptitudinē, quae sit formalitas alia adaequate

distincta a virtute volitiua.

Controuersia 2a de Obto increato diuinæ voluntatis.

Disp. prima

an deus et eius diuinæ perfectiones sint obtu frale diuinæ voluntatis?

Caput 1m

Certa supponuntur.

1o supponendu est, in præsenti, no accipi obtu frale prout opponitur virtuali sed prout opponitur materiali. obtum enim virtuale neq. expresse proponitur ab intellectu, neq. expresse amatur a voluntate. intendit quis v.g. efficaciter consequi aliquem finem, virtualiter solu vult eligere media ad illius consequutionem, quæ expresse, et in particulari no amat, quia no dum per intellectu proposita sunt. in hoc sensu omne obtu est formale ra diuinæ voluntatis, quia omne amabile expresse et fraliter amatur a voluntate, et ut tale ab intellectu diuino expresse et fraliter proponitur: in alio ergo sensu accipimus omne obtu frale, et materiale diuinæ voluntatis.

2o supponendu est obtu frale, prout in præsenti accipitur esse illud, quod propter se amatur, et propter quod amatur obtu materiale; et obtu materiale esse illud, quod amatur propter obtu frale. amat quis sanitatem v.g. propter ipsius bonitatem, et utilitatem, et ex eius amore mouetur ad applicandu media, quæ conducant ad ipsius conseruationem.

aut recuperationem: hinc sanitas est obtum frale amoris, quia propter se amatur, et omnia alia, quae ex eius amore aliguntur ad ipsius conservationem, aut recuperationem sunt obtum materiale, quia propter bonitatem, et utilitatem sanitatis amantur; idem in intellectu videre est. quando enim ex uno cognito determinatur intellectus ad aliud cognoscendum, illud prius, obtum frale, et posterius, obtum materiale nuncupatur. obtum frale, et materiale

2° supponendum est aliquando voluntatis esse inter se diversa et aliquando esse unum et idem. amat quis sanitatem ad scientiam comparandam: exce diversum obtum frale, nempe scientia, ab obto materiali, quod est sanitas. amat alius sanitatem, quia in se bona, et amabilis est; exce huius amoris idem est obtum frale et materiale, nempe sanitas. cuius bonitas movet ad eandem sanitatem amandam, iam notavimus in materia de divina fide, quod quodcumque obtum frale movet ad aliquid aliud distinctum cognoscendum aut amandum soleat appellari obtum frale motivum, impulsivum, et extrinsecum: quodcumque sistitur in eius bonitate, aut veritate soleat appellari terminativum.

supponendum est 4°. obtum frale voluntatis amantis semper esse bonum, quia talis est, huius potiae indoles, ut nunquam possit a malo trahi ad amandum. ~~obtum~~ ~~for~~ quod si aliquando contingat voluntatem amare malum, id eveniet, quia sub aliqua specie boni, honesti, utilis, aut delectabilis ab intellectu proponitur; et tunc malum illud specificative sumptum erit obtum materiale voluntatis amantis:

ratio vero bonitatis, quae ab Intellectu proponeretur, esset obtu formale illius amoris. alia ratio d, respectu voluntatis fugientis, odio habentis; tunc en malu, ut malum, d illius obtu formale; ideo en fugit, et odio habet voluntas, qa malu d obtu, quod ipsi proponitur.

5° supponendu d, in quocunq. Ente considerandā esse duplicem bonitatē, aliā absolutā, et aliā respectivā. bonitas absoluta in Ente datur, qdo datur Integritas praedicatorū constituentiū rem, ratione quorū d perfecta in suo esse, nimirū, nec per defectū manca, nec per superfluū exundans. bonitas respectiva datur ea ratione, qua Ens alteri bonū d. bene potest stare, quod res sit bona in se, nō vero alteri, qa in se bene potest habere consumationē et Integritatē suorū praedicatorū, nō vero esse conveniens alteri. sic Calor in se qdē bonus d, sed nō aquae, cui contrarius d.

6° supponendu d aliud esse motivū quod, et aliud motivū cui, sicut et aliū esse iuxta communē Phylphorū sensū finē qui, et finē cui. motivū quod d id, quod amatur, et expetitur propter se, et propter intrinsecā suā bonitatē. motivū cui d suppositū ipsū, cui tale bonū desideramus. Exemplū praebet eadē sanitas. dum en adhibeo media ad sanitatē recuperandā, media electa sunt obtū materiale; obtū frale, sive motivū quod d ipsa sanitas; motivū cui sum Ego ipse, cui sanitas comparanda d. hoc ab omnibus in praesenti supponuntur, et a nobis omittenda nō fuerunt, ut cū claritate procedamus.

Caput 2m

deus, et eius divinae perfectiones

Sunt obtu formale diuini amoris.

deu se amare propter suam ipsius bonitatem compertum est, apud omnes, et constat ex innumeris scripturae testimonijs. et ratio est, quia perfectissima voluntas debet habere obtu formale perfectissimum, et modum perfectissimum volendi illud; sed perfectissimum obtu formale est infinitum bonum diuinum et perfectissimus modus volendi illud, est illud amare super omnia, et omnia alia diligere propter illud: quod tale obtu formale, et talis modus perfectissimus volendi illud, competit diuinae voluntati. ex quo videbis deum ipsum, et esse obtu formale, et materiale diuinae voluntatis, neque inconueniens est, ut notabamus capite 1°, in eandem entitatem conuenire, et rationem obti formalis et materialis.

modo est difficultas, quaenam perfectio diuina sortiatur rationem obti formalis rei diuini amoris, an sola essentia, an etiam attributa, et relationes. 1a sententia tenet solam diuinam essentiam, esse obtu formale, et reliquas perfectiones diuinas esse obtu materiale diuini amoris. ita sensit Henricus 2a parte summae, articulo 4. Quaest: 4a. Scotus, et eius discipuli in 1m distinctione 10a, et distin: 32. et libro 2° distinctione 1a. Quaest: 1a. arti: 2°. et eadem sententia colligitur ex multis recentioribus, 2a sententia tuetur non solum diuinam essentiam, sed etiam attributa, et personalitates esse obtu formale diuini amoris. hanc defendunt Okamus in 1m distinctione 35. Quaest: 3a Caetanus 2a 2ae. Quaest 2a. arti 8°. pater molina 1a parte Quaest 12. articu: 8°. disput: 4a. conclusione 2a. pa: Montoya de voluntate disput: 3a sect: 3a. pa: Granadus tractatu 1°. disput: 3a nu: 8°. et ex alijs multis colligitur.

nostra conclusio est: omnia praedicata diuina, siue diuisiue, siue collectiue sumpta sunt

Obtu frale diuini amoris sunt. itaq. deus potest amare suam essa propter sua ipsius bonitate, et ex huius amore amare reliquae alia praedicata, tanq. perfectiones sibi debitas; et tunc essa diuina erit obtu formale, et reliqua praedicata obtu materiale diuini amoris. potest deinde deus omnia praedicata 2daria tam absoluta, qua relatiua amare, et ex horu amore sua essa amare, tanq. radice, et ratione a priori, cui debentur; et tunc omnia illa 2daria praedicata erunt obtu formale, et essa diuina obtu materiale diuini amoris. potest deinde propter essae bonitate amare sua omnipotia, et propter bonitate omnipotiae, bonitate essae; et tande potest amare totu deu, quatus s. ~~omnes~~ secundu omnes suas perfectiones propter bonitate in eo complexo relucente.

ad intelligentia, et probatione nostrae conclusionis aduertendu s. bonitatem diuina esse praedicatu transcendens omnes perfectiones, tam primarias, qua 2darias, tam absolutas, qua relatiuas. nam sicut quaelibet perfectio diuina prout condistincta ab alia, se ipsa s. speciale ens, ita prout 2distincta ab alia habet speciale bonitate. semper enim bonitas comitatur ens; et quu ens transcendat omnes perfectiones diuinas tam absolutas, qua relatiuas bonitas etia debet omnes perfectiones diuinas transcendere, tam absolutas qua relatiuas.

probatur ergo nostra conclusio obtu formale voluntatis s. illa bonitas, quae propter se expetibilis s. et propter qua alia sunt expetibilia; sed bonitas essae, et bonitas attributoru et relationu sunt propter se expetibiles, et propter ipsas alia sunt expetibilia. ergo quaeuis bonitas diuina, siue absoluta, siue relatiua, s. obtu formale vo

voluntatis divinae. maior, et consequentia constant, et minor pro
batur; Omnipotentia, sapientia, et immensitas. et aliae sunt
infinitae perfectiones: quae propter se ipsas expetibiles sunt
et aliae propter ipsas. quae enim perfectio alliciet volunta
tem ad amandum ipsam, et alia propter ipsam, nisi quae fuerit
infinita perfectio; unde quia deus gaudet in sua essentia, gaudet
in Omnipotentia, et quia gaudet in Omnipotentia, gaudet in sua essentia,
misericordia, Justitia, et aliis, et sic argumentum in aliis
perfectionibus absolutis formari potest.

idem in relationibus vide
re est. nam quod Pater sit inascibilis, et quod simul cum filio
sit principium spiritus sancti spirativum, Item filiatio, et
spiratio passiva sunt obiecta propter se expetibilia; et quae
possunt determinare ad amorem aliorum in deo existentium.
nam bonum, et convenientissimum est deo, quod in ipso sit Pater,
Verbum, et spiritus sanctus, ne deus maneret mutus
et infecundus, potest quoque deus determinari ad amandum
suum Verbum propter bonitatem Paternitatis. quia bonum est Pa
tri habere filium, et e contra potest determinari ad aman
dam Paternitatem, propter filium, cui bonus est Pater, imo, et
suam essentiam propter bonitatem harum relationum, quibus iden
tificatur. hac unica ratione a priori satis comprobatur
nostra conclusio.

haec doctrina locum etiam habet in divina
scientia. nam intellectus divinus, ut communiter a Patribus doce
tur, potest cognoscere divinam essentiam, ex determinatione
cognitionis attributorum, et personalitatum; et ex determina
tione cognitionis essentiae potest cognoscere attributa, et per
sonalitates. unde essentia divina potest esse obiectum formale
rum cognitionis, attributorum, et personalitatum, tanquam

obtorum materialium; et attributa, et personalitates possunt esse obtum formale rei cognitionis essae, tanquam obti materialis. et idem de uno attributo rei alterius, et de una personalitate comparatione alterius asserendum est: sicut ergo veritas essae determinat ad cognoscendum ipsam, et quidquid cum essa realiter identificatur, et e converso: ita bonitas essae attributorum, et personalitatum determinat voluntatem divinam ad amandum ipsa, propter ipsa, et amanda alia, propter alia.

Caeterum quamvis daremus quod propter aliquam rationem specialem, reliqua omnia praedicata ab essa condistincta penderent in cognosci ab essae cognitione, posset unumquodque illorum praedicatorum esse obtum formale divini amoris. nam amor voluntatis, non dependet ab ordine, quem intellectus servat in obtis cognoscendis; deum enim in via per creaturas agnoscimus, et tamen eum immediate amamus per charitatem independenter a creaturis, quia amor incipit, unde invenit rationem, ob quam ametur obtum, licet id sit obtum intellectus condarium. quum ergo attributa et relationes habeant bonitatem infinitam, et petant identificari cum essa, digna sunt infinito amore, et aestimatione, et consequenter merentur, quod propter propriam perfectionem amentur, et quod ex eorum amore alia amentur, quamvis condario, et dependenter ab essae cognitione attingantur.

Caput 3.m

Adversariis resistimus.

Argumentantur 1.o: essa divina, utpote radix omnium attributo

et personalitatem continet eminenter omnes alias perfectiones tam absolutas, quam relativas: ergo sola essentia divina est obiectum formale divini amoris. Ant. supponendum est, et consequentia probatur, quia ex eo, quod eminenter contineat omnia alia sufficiens est determinare ad amorem omnium aliorum. = Respondetur concedendo Ant. et negando consequentiam. nam illa, quae eminenter continentur in essentia, dum in se ipsis formaliter existunt possunt etiam determinare ad sui, et aliorum omnium amorem, quia dum sic existunt, habent bonitatem, et perfectionem distinctam ab essentia.

Argumentantur 2°. si attributa, et personalitates essent obiectum formale divini amoris, essent etiam obiectum primarium illius; sed sola essentia est obiectum primarium divini amoris, quia sola essentia continet eminenter omnia alia: ergo attributa, et personalitates non sunt obiectum formale divini amoris. = Respondetur hic misceri quaestionem de nomine. = si per obiectum primarium intelligatur obiectum formale praecise determinans ad sui, et aliorum amorem, fateor non solam divinam essentiam esse obiectum primarium, quia non sola est obiectum formale, ut probatum est. = si per obiectum primarium intelligatur illud, quod est ratio a priori, quare alia existant, et habeant suam amabilitatem formaliter existentem, fateor solam divinam essentiam esse obiectum primarium divini amoris, quia sola ea est, ratio a priori, quare existant attributa, et personalitates.

Si per obiectum primarium intelligatur illud, quod nario debeat amari, ut alia amentur; fateor attributa, et personalitates non esse obiectum primarium divinae voluntatis. nam ut amet suam essentiam, non debet prius amare attributa, et personalitates. itaque aliud est, attributa, et personalitates sufficienter determinare

ut ex sui amore essa ametur; et aliud 8, quod ut essa ametur, debeant prius amari attributa, et personalitates. 1m 8 verum, et 2m falsum, quia essa divina, ex se independenter a quovis alio, praedicato divino habet sufficientem amabilitatem ut possit ad sui, et ad aliorum omnium amorem determinare. Omitto acceptiones alias huius vocis.

Argumentantur 2o: si deus amaret suam essam, propter attributa, et e converso attributa propter essam, divinus intellectus distingueret essam ab attributis; sed hoc dici non potest: ergo deus non amat suam essam propter attributa, et e converso attributa propter essam. Minor, et consequentia sunt certae. Maior probatur, quia deus non potest amare suam essam, propter attributa, quin cognoscat attributa esse perfectiones convenientissimas essae, et non potest amare attributa propter essam, quin cognoscat essam, tanquam radicem suorum attributorum; sed hoc non potest stare sine distinctione rationis, qua deus separet essam ab attributis, et attributa ab essa: ergo divinus intellectus distingueret essam ab attributis, et e converso.

Respondetur communiter doceri non fieri distinctionem rationis quotiescunque una realiter cognitio attingit, et exhaurit quidquid in obto 8 realiter cognoscibile. quum ergo deus, quamvis affirmet per unam cognitionis formalitatem se habere essam, inferentem attributa, et per aliam se habere attributa illata, quia tamen hae formalitates, et omnes aliae inter se realiter identificantur, non facit deus distinctionem rationis. Praebet tamen fundamentum ut nostris imperfectis cognitionibus praescindamus, et separemus essam ab attributis

et attributa ab essa, et formalitate cognitionis a forma
litate cognitionis. itaq. deus per unam realiter cognitionem
cognoscit essam suam, et hanc esse radicem suorum attribu
torum, et cognoscit attributa sua, quae ex illa radice
inferuntur, omnipotentiam, sapientiam, et alia, et ex hoc
amat omnipotentiam, quia amavit essam, et amat essam, quia am
avit omnipotentiam, etc.

Argumentantur 4°. si deus amaret
omnes, et singulas sui perfectiones, tanq. obta formalia,
et materialia, sequeretur etiam deus amare hunc ipsum
amorem, quum sit infinita perfectio formaliter in deo existens;
sed hoc mille difficultatibus implexum est: quod att. maior est
certa, et probatur minor: si amor directus, quo deus
amat suam essam, omnipotentiam, immensitatem, et alia praedi
cata, amaretur a deo, id fieret per alium amorem reflex
um; et hic quum sit etiam perfectio divina, amaretur a deo
per alium amorem, supra ipsum reflectentem, et hic per alium,
et sic in infinitum: hoc autem esse ingens absurdum omnes
vident, quum de facto admittatur in deo infinitas series
amorum.

Inprimis hoc argumentum vim habet, etiamsi dica
mus solam divinam essam esse obtum formale, et reliquas per
fectiones obtum materiale divini amoris. solvendum tamen
a nobis est, qui absolute docuerimus omnes divinas per
fectiones esse obtum divini amoris, sive tanq. obtum formale,
sive tanq. obtum materiale. breviter dabimus, quid in
hoc puncto tenendum sit, remittendo lectorem ad materiam
de divina scientia, in qua fuse nostri Patres hanc ver
sant difficultatem. in qua aliqui dicunt amorem directum
esse etiam amorem sui ipsius, neq. necessum esse ponere in deo
novam formalitatem amoris reflectentem supra directam.

alij dicunt amore directu amari per formalitate aliam amoris reflectentis, no tamen esse nariu ponere infinitas formalitates reflectentes, sed sufficere unica reflectente supra prima formalitate amoris directa.

nos asserimus esse ponendas in deo infinitas formalitates amorum reflectentium. na primus amor amat omnia alia praedicata divina ab amore condistincta, et ideo directus appellatur, 2us amat 1m amore, 3us amat 2m, 4us amat 3m, et sic in infinitu. quum go detur fundamentu ad distinctione rationis efformanda inter infinitas formalitates, resultabunt formalitates infinitae, ratione nostra distinctae. neq. potest obstare, si 1o dicas amore esse ultima ratione formale amandi, et consequenter no indigere alio amore, ut ametur, sicut qa unio est, ultima ratio formalis uniendi extrema, non indiget alia unione, ut ipsa uniatur;

no inqua, obstat qa amor, no est ultima ratio formalis amandi se ipsu, sed solu est ultima ratio formalis amandi aliud a se condistinctu. unde amor ille directus terminatus ad essa, et ad omnia alia, praedicata absoluta, no est amor sui ipsius, sed solu omniu aliorum praedicatoru, quae ab ipso distinguuntur. alia ratio est, de rationibus formalibus, phisicis, v. g. unione, actione, et alijs, quae sunt rationes formales uniendi se, et extrema, et producendi se, et aliquid aliud a se distinctu. ratio est, qa sunt diversae naturae, et potest ratio formalis phisica, habere unu praedicatu, quod no habet alia ratio formalis intentionalis. neq. obstat si 2o dicas, hunc processu infinitu in deo esse vitandu. nam in deo, no est nisi unicus realiter indivisibilis amor, qui per infinitas nostras cognitiones, infectas, divisibilis est extrinsece

in eas infinitas formalitates, in quo nullum relucet in com-
odum. Omitto alia ad materiam de divina scientia.

Disputatio 2a

An Deus se, et suas divinas perfectiones necessario diligat. Caput 1m

Comunis, et vera sentencia statuitur, et exponitur.

postquam sancitum est, Deum se, et omnes suas perfectiones diligere, inquirendum est, an, et quomodo eius modi amor sit in Deo naturalis. aliqui doctores ex antiquioribus, quos affert Pater Montoya Tomo de voluntate, disput: 4, sectione 1a et praecipue Scotus in 1m distinc: 10a Quaesti: 1a et quodlibeto 16, arti: 2o et 3o fatentur, amorem divinum quod se esse liberum. Idem affirmat Scotus de processione Spiritus sancti, et de amore illo, quo beati Deum prosequuntur. Scotum sequuntur, et explicant eius discipuli, Joannes Vassalis in 1m sententiarum distinct: 10a Quaesti: unica, articulo 3o Franciscus Mayronis eadem distinctione 10a Quaesti 1a, et comuniter Scotistae Quaestores.

multipliciter accipi potest necessarium, ut videre est, apud Patrem Montoya citatum. et omissis aliis acceptionibus minus utilibus in triplici sensu pro praesenti sumi potest. 1o sumitur necessarium pro violento, quando nimirum violentia infertur ab extrinseco principio movente contra naturalem et innatam inclinationem. 2o sumitur pro coacto, quando nimirum coactio provenit ab efficiente extrinseco movente contra voluntatem liberam. 3o comunissime, et frequentissime sumitur, pro tali necessitate, quae directe pugnat cum

possibilitate oppositi, iuxta quam, illud dicitur esse absolute, et simpliciter narium, quod non potest, non esse, nec potest aliter se habere, sed immutabiliter existit.

totidem modis oppositis sumitur liberum. 1° pro libero a violentia, quod nimirum aliquid a nullo extrinseco principio violentiam patitur. contra naturalem et innatam ipsius propensionem. 2° quod a nullo extrinseco efficiente cogitur contra ipsius appetitum elicitum, et liberam voluntatem. 3° sumitur liberum communissime, et frequentissime, quod ita res existit, ut potuerit non existere. his expositis certum est, amorem divinum quoad se, et suas perfectiones esse liberum a violentia et coactione; voluntas enim divina absque nulla violentia, et coactione, ultro, et sponte sua amat deum. et omnes divinas perfectiones. nam suavissime rapitur ab illo infinito bono.

hae tamen duae acceptiones, in quibus amor divinus quoad se, et suas perfectiones posset appellari liber, non sunt frequentes, et usitatae, et ideo nullatenus admittendae sunt, sicut a nullo alio praeter scotistas admittuntur. quapropter communis, et vera sententia docet hunc divinum amorem, esse absolute et simpliciter necessarium, quoad narium absolute et simpliciter prolatum, stat pro eo, quod non habet indifferentiam ad existendum, et non existendum, sed ita immutabiliter existit, ut non potuerit non existere. idem de processione spiritus sancti, et de amore beatorum dicendum est. quum ergo amor ille divinus, non potuerit

nō existere absolute, et simpliciter & appellandus amor necessarius.

et qa duplex datur libertas in voluntate opposita duplici necessitati, nimirū, libertas quoad exercitiū, et quoad speciem. asserit hoc vera, et comunis sententia hunc dei amorem qd se, et suas perfectiones esse necessariū, tam quoad speciem, quā quoad exercitium, hoc &, deū esse necessitatū ad nō se odio habendū, et ad se taliter amandū, ut nuncq; possit ab amore desistere. de necessitate quoad speciem nostra sententia probatur 1°, qa deus & summū bonū, nullā includens rationē mali: qr ipsū clare visū, nō potest voluntas odio prosequi, nā obtū odij & aliquod malū. 2°, qa deus nō potest peccare, et sicut peccaret si mentiretur, peccaret, et qdē longe gravius, si se odio haberet.

necessitas huius amoris quoad exercitiū probatur multis rationibus, quas plures existimant esse demonstratorias, et evidenter convincentes statutā veritatē, omniū mentibus saltē defixam. nos aferemus aliquas efficaces, qdqd sit, an sint demonstrationes vl nō; mihi enī nō vacat, nec eas omnes percurrere, ut aliqui faciunt; nec examinare, quousq; pertingat earū vis. prima &, bonitas obti, quo maior &, et melius cognoscitur, habet vim attrahendi voluntatē, donec eā necessitet; experimur enī pulchritudinē creatā clare cognitā, ut amoenitatē hortorū, quos floribus comptos, fontibus irriguos, fructibus varijs elegantissime pictos intuemur, sic a nobis extorquere complacentiam, ut nō possimus hij visis obtis eam impedire.

atqui bonitas dei superat omniū

Creatorum elegantiam infinities, et deo Convenientior est, quam nobis sunt quaevis, Extrinseca bona, quibus delectamur: quia deum necessitabit ad habendum complacentiam quia se, summam pulchritudinem, clarissime cognitam, quum sum Arlem, bonum amabile sit, utilique autem proprium, hoc est, prae caeteris. = quod si dicas hanc rationem non probare eiusmodi tractionem esse necessitantem, sed intra genus liberae ad eum modum, quo habitus, quamvis magis, ac magis intendatur, non tollit potiae libertatem; insistendum nihilominus est, huic rationi, nam bonitatem quo maior est, trahere necessitando voluntatem videtur experientia demonstrare.

2a est, quia non est in deo potestas ut non sit beatissimus et felicissimus: quia, + nario possidet gaudenter, et iucundissime summum bonum. nam si auferamus hanc laetissimam possessionem, vel non datur absolute, et simpliciter summa felicitas et beatitudo, vel non datur omnino complete, perfecte, et integraliter, atqui in possessione hac gaudentissima summi boni, includitur essenter gaudium circa ipsum ~~gaudium~~ summum bonum, et id gaudium est procul dubio amor circa deum: quo se amat deus nario. quod si dicas compleri beatitudinem per amorem omnino liberum, hoc est, per possessionem summi boni, quod possit voluntas amare, quodcumque ipsi libuerit amorem exercere.

insistendum adhuc est huic rationi, quia non percipitur quomodo voluntas possit amittere eum amorem nisi quatenus intellectus possit desistere ab infinita comprehensione summi boni

Sed intellectus divinus nō potest desistere ab infinita comprehensione sumi boni. ergo nec eius voluntas amittere amorē eiusdem; et confirmatur, quia quod deus gaudeat nario in sua bonitate et perfectio simpliciter talis; et nullā in suo conceptu fralissimo involvens imperfectionē; quia quod sit beatus, complete, perfecte et integraliter, perfectio et nullā involvens imperfectionē, quod deo concedendū et gaudiū nariū de sua bonitate, et consequenter nō et asserendū deū posse omittere, sed esse sumē necessitatū ad eiusmodi gaudiū.

3ª et, quia voluntas divina nō potest nō esse sumē recta, in ratione voluntatis, sicut deus nō potest, nō esse sumē perfectus in ratione entitatis; sed nō esset sumē recta in ratione voluntatis, si libere omitteret amorem sumi boni, ergo nō potest libere omittere talū amorē. maior et evidens, consequentia legitime infertur, et probatur minor, nā quemadmodū ea res, nō et sumē perfecta in ratione entitatis, quae nō se identificat cū sumē perfecto entitative, ita illa res, nō et sumē perfecta in ratione voluntatis, quae nō se unit per unionē affectivā cū sumo bono, imo voluntarie et libere se divideret, itaq; si quodcūq; voluntas se coniungit per affectū cū sumo bono intelligitur sumē recta: libere et voluntarie desistere ab eiusmodi coniunctione quā facile consequi poterat, nō potest nō afferre aliquā irrectitudinē in voluntate libere desistente.

4ª et, quia ex fide docemur spiritū sanctū nario existere, et consequenter procedere ex aliquo amore nario, tā quo certū et, spiritū sanctū nō posse deficere, quā certū et aliquē amorē divinū nō posse deficere, et esse nariū: qui praecipue debet esse amor terminatus ad essā, et alia praedicata divina

q.r deus se nario amat, et sua prædicata divina, aliæ rationes ab alijs afferuntur ad veritatem hanc efficaciter comprobandam. nec multum curo, an hæ, et aliæ similes evidenter convincant, nec valde miranda est aliquorum solicitudo in præcedenti suadendi rem hanc, non posse metaphisice evidenter ostendi.

Caput 2.m

aliqua objiciuntur pro frustra.

Objicitur 1.o libertas finita et limitata nostræ voluntatis vim habet, ut non rapiatur a bono finito, et limitato. q.r libertas infinita, et illimitata divinæ voluntatis, vim habebit, ut non rapiatur a bono infinito, et illimitato.

+ Confirmatur: quamvis virtuti motivo infinito non possit obsistere resistencia virtutis finitæ, et limitatæ, virtuti + motivi infinitæ resistere poterit infinita, et illimitata resistencia. R.r concesso ante, et negdo consequentiam, itaque quamvis libertas finita, et limitata nostræ voluntatis non rapiatur a bono finito, et limitato. libertas tamen quamvis infinita, et illimitata nario rapienda est a bono infinito et illimitato infinite comprehenso.

ratio est, quia, ea est indoles bonitatis, ut cuiuscumque voluntatis, ut quo maior, ac maior est, trahat voluntatem usque ad causandam + necessitatem. unde bonitas finita, et limitata vim habebit quidem attrahendi voluntatem, non tamen ea necessitabit, quia finita, et limitata est; bonitas vero infinita trahet quidem voluntatem, si cognitio obscura attingatur

si autē clara, et intuitiua proponatur, trahet, et necessitabit voluntatē, q.a bonitas infinita, et clare cognita. vnde q.a voluntas perfectionis, et libertatis infinitæ melius necessitabitur a bonitate infinita clare et comprehensiue proposita, q.a magis propendet in obtū sibi conueniens:

ad 3.m firma: Concedo resistenciā infinitā, v.g. grauitatē infinitā obsistere posse virtuti motiuæ infinitæ, et nego bonitatē infinitā clare, et intuitiue propositā posse nō amari a libertate infinita, nā illa prior resistencia, nō permittit se trahi a bonitate infinita, et taliter potest trahi, ut nario trahatur: et qdē negari nō potest voluntatē liberā propendere in bonū, et quo maius fuerit bonū, eo maiorē esse hanc propensionē; atq. adeo nō bene asseritur dari resistenciā infinitā in voluntate infinitæ perfectionis, et libertatis ru boni specialiter infiniti.

Obijcitur 2.o perfectior modus operandi est quasi operandi ē, ut deus potius libere se amet, quā nario. ergo asserendū ē deū libere se amare. Consequentia patet, et ant. probatur, q.a libere operans ē sui juris, et operatur ex dominio suarū operationū: et nario operans nō operatur tanquā sui juris, et nō ē dominus suarū operationū, sed more pecudū ex necessitate naturæ operatur. deinde q.a potissimus excessus agentiū naturaliū supra Bruta stat in libertate, quæ competit rationalibus, nō tamen

Brutis, praeterea, quia voluntarium liberum perfectius est voluntario nario, quum illud magis, quam hoc sit, ex determinatione et electione voluntatis: quod perfectior modus operandi, et quasi operandi est, quod deus potius libere se amat, quam nario;

Respondetur negando ant. vrliter sumptum, ad 2am probationem asserimus operari libere cum iure dominico, et potestate electiva, supra operationem, et non operationem, nec semper esse maiorem perfectionem, quam oppositum. Constat enim ex dictis potius esse virtutis, et perfectionem voluntatis trahi, et rapi a bonitate infinita, in qua propendet, et potius esse defectum virtutis non semper amare obiectum infinitum, et dignum aeterno amore. ad 2am probationem concedimus potissimum excessum rationalium supra Bruta, positum esse in libertate ad amandum, et suspendendum amorem circa ea obiecta, quae habent dignitatem ut amentur, admixtam cum indignitate, ut non amentur;

non tamen inter eum excessum, computandam est potestas suspendendi amorem circa obiectum infinite dignum, amore, sine vlla mixtura indignitatis, ut non amentur, cuiusmodi est solus deus. non posse non amare tantum obiectum dicit imperfectionem ~~tantum~~, vel non summae rectitudinis in voluntate, vel non summae noticiae circa deum, in intellectu, vel vtriusque, quae imperfectio in deo non datur, et consequenter ab ipso relegandae est po

testas indiferens ad se amandum, et non amandum. ad 3am pro
bationem dicimus non semper voluntarium liberum esse per
fectius voluntario nario; quotiescumque enim necessitas
~~antecedens~~ actus procedit ex imperfectione cognitio
nis, tunc actus narius, imperfectior et libero: quam vero
necessitas procedit ex perfectione obti, et ex clara,
et intuitiva cognitione ipsius, tunc actus, narius
et perfectior libero.

Objicitur 3o: si propter aliquam ratio
nem Dei amor terminatus ad omnia praedicata abso
luta, et relativa, ~~et ad~~ esset necessarius, tam quoad spe
ciem, quam quoad exercitium, maxime, ut deus esset
complete perfecte, et integraliter beatus; sed haec
ratio non probat amorem terminatum ad relationes
esse narium in deo: ergo non omnis amor terminatus ad
praedicata divina, perasertim relativa, et in deo ne
cessarius. maior continet rationem, quam capite supe
riori adduximus, ad hanc communem sententiam compro
bandam. minor probatur, quia pater in eo priori, antequam
producat verbum, et spiritum sanctum, et omnino, complete
perfecte, et integraliter beatus; et tunc neque amat
relationem filii, neque relationem spiritus sancti, quia illa
ratio complete, perfecte, et integralis beatitudinis
non probat amorem terminatum ad relationes esse in deo
omnino narium.

hoc argumentum totius habet locum
in materia de trinitate, quam in praesenti, dum inquiritur

ex quorum Cognitione diuinum Verbum, et ex quorum amore Spiritus Sanctus procedat. modo ergo, relinquendo dificultates, ad alias materias spectantes. Respondeo concedendo maiorem, et negando minorem: ad probationem assero, non posse negari Beatitudinem completissimam, perfectissimam, et omni modo integraliter constitutam, componi ex amore omnium relationum diuinarum nam ad hoc sufficit, quod sint realiter identificatae cum essa diuina. Unde licet amor omnium illarum non componat beatitudinem essentialem. componit tamen illam, ut perfectissime et undequaque completam, et hoc sufficit, ut deo non sit denegandus amor naturalis relationum, pro quocumque signo rationis existat, et ut vim habeat illa ratio, quam adduximus.

Caput 3m

Duo dubia resoluuntur. etc.

Dixi deum esse necessitatum quoad specificationem, quia non potest se odisse. Diximus deinde esse necessitatum quoad exercitium, quia non potest se ipsum non amare. hinc resultat dubium an deus necessitatus quidem sit, ut aliquo amore se amet hoc est, ut non omittat omnem omnino amorem sui, ita tamen sit necessitatus, ut inveniantur distincti numero amores quibus deus posset se ipsum amare, et ipse deus pro sua libertate potius aligat hunc amorem numero distinctum prae alio, et quidem bene possumus intelligere deum necessitatum quoad amorem sui, non tamen necessitatum ut hoc potius amore quam alio se amet, inquirimus ergo an deus hoc modo se habeat. hoc dubium hinc et inde nouissime versant aliqui Rres.

et praecipue Pa: Riba dei: tracta: de voluntate
disp: 1a. cap: 2o. et 3o. nobis breviter respondendum est, cum comui
sententia, deum esse necessitatum omnino ad hunc individuum amorem,
quo hic et nunc de facto se diligit. 1o. quia si ponatur amor divinus
tam determinatus, narius et indefectibilis, qualiter ponitur essentia
divina, et quia deus non possit a se abijcere, sicut non potest
a se abijcere suam essentiam. nil deest. nil deest.
~~suam essentiam~~ nil ponitur deo indignum, sed potius cum uniformitate
de omnibus perfectionibus divinis sentitur. nam dominium eli
gendi inter ~~[illegible]~~ hunc et illum amorem numerice distinctos a prudentibus non indi
catur libertas sicut neque libertas indicatur potestas eligendi
inter hunc, et illum numum aureum aequalis omnino valoris
si detur necessitas donandi unum e duobus.

et quidem ex sola penetra
tione terminorum innotescit, quod si hic numero amor divinarum per
fectionum possit esse in deo, et possit esse deus ipse propter rea
lem identitatem cum ipso deo, non possit deus a se abijcere
praesertim quum nil de novo quasi lucretur deus per 2m amo
rem advenientem. possemus enim deum ita alloqui. quum sis domi
ne necessitatus ad te, et tuas perfectiones amandum, quid deme
riti habuit primus ille amor tuarum perfectionum infinitus, et
exhauriens totam tuam amabilitatem, ut eum a te abijceres,
ut alius amor succedat, praestans idem omnino munus,
quod praestabat primus. melius ergo sentitur de deo, si
ponatur hic numero amor, omnino narius, et consequenter, deus
non solum sit necessitatus quoad exercitium amoris, sed etiam
quoad exercitium talis amoris.

2o. quia essentia divina est potens
per identitatem perfectissimam comunicare suo amori comp
rehensivo aequalem necessitatem, et indefectibilitatem ac
comunicat immensitati, aeternitati, ac alijs attributis, et
personalitatibus divinis; sed hijs omnibus comunicat divi
na essentia omnimodam indefectibilitatem, et necessitatem quoad

Individuum, ita ut non possit deus eligere unam omnipotentiam, prae alia, ut unam immensitatem prae alia: quia neque unum amorem versantem circa suas perfectiones prae alio. Unde libertas divinae voluntatis, non debet extendi ad hanc electionem, unius amoris, potius, quam alterius; amor enim ille divinarum perfectionum qui revera datur in deo, tam nario, et independenter a divina libertate resultat, ac resultant omnia alia attributa, et perfectiones.

aliud dubium est, an amor, quo deus se ipsum amat, sit efficax, an inefficax, comparatione ipsius dei amati? Certum inprimis est, quod si sumatur inefficatia pro carentia potestatis ad producendum, vel efficiendum, deum, et eius intrinsecas perfectiones esse inefficacem. nam quum deus circa praedicata absoluta, et essentialia, sit omnino improducibilis, nil habet potestatem productivam vel effectivam dei, quam praedicata absoluta, et essentialia. Unde talis amor circa praedicata haec absoluta, et essentialia, merito potest dici inefficax productive, aut effective, quia dubitatur, an aliter posset dici efficax; cui dubio respondendum est eum amorem, posse dici efficacem.

1° potest dici eum amorem esse efficacem, efficatia non productiva, aut aliquo modo effectiva, sed efficatia formali intrinseca. Ratio est, quia ille amor dicitur efficax efficatia morali intrinseca rei, quam vult, qui ex modo amandi rem, non potest componi cum carentia ipsius; sed amor necessarius, quo deus amat sua praedicata intrinseca ex suo modo amandi, non potest componi cum carentia eorundem praedicatorum, sed ea ipsa praedicata nario secum affert, connectione perfectissima

Identitatis: q.r talis amor in Ordine ad praedicata divina est efficax efficatia formali intrinseca. Quod si dicas amorem materialiter, et entitative afferre connectionem cum praedicatis divinis non vero ex modo intrinseco, et formali tendendi amoris;

Contra est, quia ex tali modo intrinseco tendendi talis determinati amoris divini affertur connectio cum reliquis praedicatis divinis, et consequenter ex tali intrinseco modo, tendendi non potest componi cum carentia eorumdem. nam sicut scientia, quam deus habet de suis praedicatis ex ratione peculiari talis scientiae, sistendo intra lineam scientiae precise affert connectionem cum reliquis praedicatis divinis, quod quidem a nullo negari potest, nam scientia divina essentialiter est vera; ita similiter divinus amor terminatus ad omnia praedicata divina ex ratione peculiari talis amoris divini, et perfectissimi, aut saltem quia petit per eam scientiam divinam essentialiter veram gubernari, affert connectionem identitatis cum praedicatis divinis; et consequenter ex modo intrinseco tendendi illius, non potest componi cum negatione eorumdem.

2° potest dici eum amorem esse efficacem affective, in Ordine ad eadem praedicata divina. Ratio est, quia ille amor est efficax affective in Ordine ad rem amatam, qui ex modo, ipsam amandi, non potest componi cum odio, vel nolitione absolute, et simpliciter tali, circa talem rem; sed deus amat sua praedicata intrinseca amore qui ex modo amandi non potest componi cum odio, vel nolitione talium praedicatorum, ut est ex se manifestum: q.r talis amor est efficax affective, in Ordine ad ea praedicata. Minor probatur, quia ut diximus in materia de peccatis, et de gratia justificanti, detestatio peccati praeteriti dicitur efficax

ex eo quod ex modo detestandi peccatum praeteritum incompossibilis est cum amore absolute, et simpliciter tali, circa existentiam eiusdem, licet destrui non possit praeteritio antiqua peccati.

Disputatio 2a

an amor, quo deus se ipsum diligit, sit spei, desiderij, gaudij, concupiscentiae et amicitiae.

Caput 1m

Circa spem, desiderium, et gaudium iudicium fertur.

in voluntate nostra, quatenus est prosequutiva obti, dantur plures actus, nimirum, complacentia simplex, spes, desiderium, et gaudium; quando enim bonum ab intellectu voluntati proponitur statim in voluntate excitatur complacentia simplex; desiderat illud voluntas per actum desiderij, quando obtum est absens; sperat per affectum spei, quando est absens et arduum; gaudet in ipso quiescendo, quando possidetur. et non solum ab eadem potentia voluntatis, tam diversi actus oriuntur, sed etiam ab eodem habitu supernaturali, et hoc iam est a nobis notatum in materia de fide quando agebamus a quonam principio oriantur actus circa obtum formale, et materiale.

non disputamus in praesenti, an circa obtum aliquod creatum, possit deus habere spem, et desiderium; sed solum, an circa suas proprias perfectiones intrinsecas, possit hos actus exercere. tota enim controversia praesens circa obtum increatum divinae voluntatis instituitur. in qua difficultate cum comuni omnium sententia, pro statuo deum non habere affectum spei circa suas perfectiones intrinsecas. ratio est, quia obtus spei debet esse arduum,

ut omnes videntur supponere, quamvis diversimode explicent eam arduitatem requisitam ad spem: atqui in perfectionibus divinis nulla datur arduitas comparatione Dei; ergo in deo, nulla datur spes rerum suarum perfectionum;

nam sive explices arduitatem illam, pro difficultate, quae datur, in comparando spei obtum, ut aliqui volunt; sive per hoc, quod sit dependens ab alterius voluntate, ut alij malunt, sive per hoc, quod sit dependens ab alterius voluntate, non utcumque, sed potentioris, et superioris, ut alijs placet; facile comperies divinas perfectiones non esse deo arduas. nam nullam deus habet difficultatem, aut laborem impendit in eas comparando: neque sunt dependentes ab alterius voluntate sive potentioris sive superioris, sive equalis: deficit ergo spei obtum, et consequenter deus non exercet hunc affectum circa suas perfectiones intrinsecas. et si spes afferat essentialiter aliquod dubium circa futuritionem obti, ut existimat Pater Arriaga, bene etiam intelligitur, quoniam deus non habeat circa sua praedicata intrinseca hunc affectum, quum deus evidentissime sciat quid sit futurum, aut non futurum, in suis praedicatis intrinsecis.

Statuo 2°. cum communissima etiam omnium sententia, neque deum habere desiderium circa suas perfectiones, et praedicata intrinseca, ratio est, quia deus comprehendendo suas perfectiones non cognoscit eas, ut ab ipso absentes quaeliter opus erat ad concipiendum desiderium: quia deus non concipit circa eas desiderium. Ant. est evidens, quia deus comprehendendo suas perfectiones, cognoscit eas existentes, et omnino determinatas ad existendum. Consequentia patet, quia obtum desiderij est bonum absens. Confirmatur, desiderans est inquietus, et anxius, quin videt rem omnimoda necessitate existente, aut ad existendum determinatam, et hinc rursus convincitur deum non habere spem circa haec obta, de quibus loquimur. nam obtum spei, est etiam bonum

absens, ut addit illa arduitatem, aut aliqua alia praedicata, supra desiderium. si ergo deus non concipit sua praedicata tanquam absentia, neque concipit spem, neque desiderium unde concluditur, deum circa bona sua intrinseca esse incapacem horum affectuum et nullam posse noticiam ex parte divini intellectus praelucere ad eos concipiendos. quotiescunque enim intellectus non potest voluntati proponere obiectum aptum ad excitandum aliquem ipsius affectum, saltem ex hoc capite talis affectus impossibilis est.

Pro maiori noticia horum actuum rogabis, quomodo absentia boni requiratur ad concipiendum desiderium, ante responsionem, sciendum est absentiam boni 2.^{m} accipi posse. alia enim est absentia realis, vel inesse rei, et alia est absentia intentionalis, vel inesse cognitionis absentia realis, est ille defectus per quem entitas a parte constituitur revera non habens. intentionalis est, quando entitas sive vere sive falso repraesentatur non habens. respondeo ergo ad concipiendum desiderium non requiri absentiam realem, nam sufficit absentia intentionalis, non enim alia requiritur, quae quodcunque sufficit una, non requiritur alia.

ratio est, quia ad desiderandum bonum ea absentia sufficit, quae satis est, ut circa ipsam inquiete et anxie moveatur voluntas ipsam quaerendo. Sed sufficit ad hunc affectum absentia intentionalis, qua bonum cognoscatur ut absens quamvis phisice praesens sit, ergo absentia intentionalis sufficit ad concipiendum desiderium nam avarus quamvis opulentissimus sit, inquietabitur pro divitiis; et eas desiderabit, si existimet eis de se carere. Confirmatur, nam potior absentia boni requiritur ad desiderium quam praesentia boni

requiritur ad gaudium, sed non requiritur ad gaudium præ
sentia Phisica boni, sed sufficit Intentionalis, ergo neq. requi
ritur ad desiderium absentia Phisica boni. Minor probatur, quia
si quis se existimet Ingeniosum, de hoc concipit gaudium,
quamvis sit obtusæ mentis.

Et valde notandum est sufficere ad
desiderium absentiam Intentionalem negativam, hoc est non cogno
scere bonum, ut præsens; sed requiri positivam, hoc est, quod ali
quo modo cognoscatur positive bonum ut absens, saltem ea
noticia formidolosa, forte deerit mihi tale bonum ratio est,
quia desiderium non solum habet hoc prædicatum, negativum, hoc
est non reddere animum quiescentem in bono, sed positive inquie
tare, et cruciare animum, propter absentiam rei desideratæ, sed
non positive inquietatur, et cruciatur. propter rei absentiam
nisi res appareat, ut forte deficiens: ergo ad desiderium non sufficit
ea noticia Intentionalis negativa, sed positiva requiritur.

Rogabis deinde, an absentia
boni desiderati sit solum conditio, quæ ut cognita requiritur
ex parte subti ad excitandum desiderium, vel an etiam deside
rium respiciat ipsam, tanq. obtum. Comuniter RR.ores respon
dent eam absentiam boni non se tenere ex parte obti, quod
a desiderio respicitur, sed esse puram conditionem, quæ ex parte
subti requiritur ut cognita, ad excitandum desiderium. Pater
Vibadeineyra sequutus antiquiores philosophos, et theologos
affirmat non esse præcise circumstanciam quasi extrinsecam sed
proprium obtum actus desiderii. Uterq. discurrendi modus,
meo judicio, veritati attingit. Et sic explico meam
mentem.

potest in actu desiderii considerari ratio amoris

per quam voluntas affective tendit ad Obtum: ru huius affectiuae tendentiae, sola bonitas & Obtum, qa reuera nil aliud amat voluntas, nisi Obti bonitatem, ut & Euidens, et hoc Intendit prior ille discurrendi modus. potest deinde in desiderio considerari illa ratio inquietans, affligens, et contristans voluntatem, et sic Obtum desiderij & absentia, qa illa absentia &, quae reuera inquietat, affligit, et contristat voluntatem; et hoc Intendit 2dus ille discurrendi modus. probatur breuiter nostra sententia; qdo in Eundem actum conspirant duae rationes, alia conuersionis, et alia auersionis. sicut Obtum, in quod conuertitur voluntas, nō & circumstantia quaedam extrinseca, sed verum, et proprium Obtum illae conuersionis: ita Obtum, a quo auertitur voluntas, nō & circumstantia quaedam extrinseca, sed verum, et proprium Obtum illae auersionis.

atqui in Eundem actum desiderij conspirant illae duae rationes conuersionis, et auersionis: gr. att. quod si forte neges in actu desiderij inueniri propriam rationem auersionis, nō multum curabo, qa negari nō potest Eum actum esse cruciantem, et contristantem, et respectu huius rationis assero absentiam illam esse verum, et proprium Obtum. = statuo deniq. 3o in deo reperiri gaudium circa suas perfectiones intrinsecas, nam hic actus concipitur, qdo videtur bonum, iam possessum; sed deus videt omnes suas intrinsecas perfectiones a se possessas: gr. att. in hoc non multum immorandum, qa res facilis &.

Caput 2m.

Difficultatibus occurritur.

1o arguitur: actus liberi sunt perfectiones diuinae;

quas tamen plerumq. deus a se videt absentes;
nam modo abest a Deo nolitio libera mundi, quae
potuit esse in ipso deo: ar. circa aliquam divinam
perfectionem liberam potest deus concipere spem, et
desiderium, — ga potest eam a se absentem videre res
ponditur negando consequentiam; et inprimis non potest circa eam conci
pere spem, quia nulla arduitas datur in deo in comparando
sibi nolitionem mundi, eadem enim facilitate, qua concepit
volitionem, potuit concipere nolitionem. neq. potest circa
eam habere desiderium, quia ea perfectio est bonum pro vero libito
voluntati assequibile. qui autem dixit me desiderare id,
quod solum volendo assequi possum; requiritur quod ad deside
rium talis absentia boni, quae absolute, et simpliciter talis
appellatur, non autem appellatur absolute et simpliciter absen
tia, quam pro mero libito meae voluntati, removere possum.

Arguitur 2°: si desiderium afferret
illam anxietatem quam in capite praecedenti insinuavimus neq.
deus haberet desiderium circa bonum aliquod creatum, at qui
deus potest habere desiderium circa bonum aliquod creatum,
ut communissima sentencia defendit cum suarez, vasquez
lorisse, et pluribus aliis, de qua affirmat pater arriaga
in prima parte disp. 25 sect. prima nullam posse
haberi dubitationem deus enim iuxta divum Paulum vult,
et consequenter desiderat conversionem peccatoris, et omnium homi
num salutem, quae est bonum revera absens: quod desiderium non
affert, illam animi anxietatem, et contristationem, et consequenter male
probavimus ex hac ratione in deo non esse desiderium circa suas
intrinsecas perfectiones.

Respondetur communem etiam esse sentenciam
in deo non esse desiderium rerum creatarum, quia testimonia, quibus
deus plura desiderare significatur, intelligenda sunt de
quodam amore inclinante deum, ut ea reddat existencia

qui amor est, quoddam in proprium desiderium. ita defendunt sanctus Thomas, Caetanus, Vanes, Joanes a S.to Thoma, Pater Molina, p.a Fassolus, fa: Didacus ruis, et plures alij, quos affert, et sequitur fa: Ribadeneira tomo de Voluntate disp: 22. Capite 5.o. unde iuxta hanc sententiam desiderium, ex propria ratione talis affert illam anxietatem, et contristationem deo indignas; et sequitur non male probavimus nostram conclusionem ex illis imperfectionibus, quas desiderium affert, iuxta sententiam sancto Thomae, et pluribus alijs familiarem.

desiderium verum, et proprium, demus tamen deum habere videamus nostram conclusionem, quam modo defensamus, esse ab hac Doctrina prorsus independentem. habet itaq; deus desiderium de conversione peccatoris, et de omnium hominum salute, q.a hae sunt bona absentia, comparatione dei, et quae dependent a voluntate alterius nimirum, a consensu creatae voluntatis. non autem potest habere desiderium, de suis perfectionibus intrinsecis, q.a non sunt absentes ab ipso deo, et si forte aliquas non habet, nimirum aliquos actus liberos, neq; circa hos habet verum, et proprium desiderium, q.a hi sunt dependentes ab ipsius voluntate, et pro solo libito potest eos comparare. unde fit, quod quum iuxta omnes absentia boni, quae absolute, et simpliciter talis appelletur, requiratur ad desiderium, deus non potest habere desiderium de suis perfectionibus intrinsecis.

arguitur 3.o pater in eo priori anteq; generet filium (idem de spiritu sto dicendum) videt filium absentem

qa nõ dum pro eo priori videt filiũ existentẽ, qd potest
concipere desideriũ de existia sui filij, et consequenter deo con
cedendũ s desideriũ saltẽ comparatione relationum,
et ideo Athanasius oratione 8a contra Arrianos affirmat
patrem esse cupitorẽ filij et theologi tuentur in patre
appetitũ inatũ per modũ desiderij ru filij, pro quo
videatur pater Alarcon tracta. 3. diff. 1a cap. 4o
nu. 4o. unde si in patre conceditur hic appetitus inatus
per modũ desiderij, concedendus similiter erit appetitus
elicitus, qui est verũ, et proprium desideriũ, nã nulla
maior imperfectio relucet in uno, quã in alio.

Respondetur negando
absolute ant, nã ut pater videret suũ filiũ absentẽ,
narium erat, quod pro aliquo instanti reali videret nõ
esse suũ filiũ, et quamvis nõ concipiatur filius pro aliquo
priori originis, hoc solũ denotat praecissionẽ, et conside
rationẽ intellectus, quae nõ sufficit ad concipiendũ deside
riũ, et tandẽ qa pater pro eo priori videt se omnino
determinatũ, et necessitatũ ad producendũ suũ filiũ, nõ
potest de eo concipere desideriũ, qa nullus concipit deside
riũ de re, quã iã videt omnino determinatã ad exis
tendũ, neque obstat, quod Athanasius appellaverit patrẽ
cupitorẽ filij, qa xta Ambrosiũ Calapinũ, cupere, nõ
solũ significat idẽ ac desiderare, sed etiã bene velle.
Pater autẽ bene vult suũ filiũ quamvis nõ desideret

nec deinde obstat, quod aliqui ponant in Patre appe
titum innatum per modum desiderij ad suum filium, quia falsa
est Eiusmodi sentencia.

Arguitur 4°. possumus desiderare
aliquod beneficium a Deo conferendum, ut potest deus in
eodem Instanti reali illud conferre. quia non requiritur rea
lis ~~rea~~ boni, absentia, ad concipiendum desiderium, consequentia
est Evidens, et probatur Ant. quia in eodem Instanti reali, in
quo meremur gratiam habitualem, deus nobis illam confert,
et in eodem Instanti reali, in quo honeste desideramus
gratiam uberiorem = eodem met desiderio ea comparamus
Respondetur distingdo Ant. si adsit notitia, dubium, suspicio,
vel formido mentis, quod forte non consequemur tale bonum
concedo Ant. si non adsit Eiusmodi noticia, dubium, sus
picio, vel formido mentis nego Ant. distinctio clara est;
itaque si quis ita firmiter sibi persuadeat, quod bonum
consequetur in aliquo temporis Instanti, ut nullus sit
locus vel suspicandi oppositum, ea ipsa firma persua
sio impediet desiderium Eius boni.

Arguitur 5°: in unaquaque
virtute varij prosequutionis distinguntur actus; et loqua
mur de Charitate, quae diligit bonum, deo propter
deum ipsum, sive quia bonum Dei est; munus Eius Charitatis est
amare bonum divinum amore stricto, hoc est, quodam amo
ris actu distincto a spe, desiderio et gaudio; et deside
rare Eiusmodi bonum, quum absens est; sperare quum est ab
sens, et arduum; gaudere atque laetari, quum iam est posses
sum; eodem modo proportione servata circa spem dicitur

discurrendum est; hinc est, quod licet in deo non possimus constitu
ere circa sua intrinseca bona praecipuum actum spei, quia
hic respicit bonum absens, et arduum, possumus tamen in deo
constituere complacentiam sive gaudium pertinentem ad spem,
et consequenter bene poterit dici dari in deo spem circa
sua intrinseca bona saltem quoad aliquem illius actum.

hac ratione aliqui in be
atis admittunt habitum, et actum spei, non quidem ut ament
bonum absens, sed ut in eo iam praesenti complaceant. et
confirmatur, quia in sententia probabili arduitas spei, in eo
consistit, quod illud bonum ab alio accipiatur; sed filius
divinus accipit a patre suum esse: quare ru illius, et bonum
illud arduum, et consequenter capax, ut speretur. omitto res
ponsionem, quam huic argumento exhibet pater Herisse
absolute affirmans obiectum cuiuscunque actus pertinentis ad
spem debere esse bonum absens, et arduum, et consequenter
negans beatis habitum, et actum spei. quum quo actus
divini amoris non terminentur ad intrinsecas perfectiones,
tanquam ad aliquid absens et arduum, nuncque deus potest
elicere actum circa suas intrinsecas perfectiones pertinentem
ad spem.

respondetur cum P. Arriaga admittendo pro
praesenti (dum haec doctrina ex professo non discutitur)
posse habitum spei omnes eos tam diversos actus produ
cere. nego tamen eam complacentiam in deo, esse pertinentem
ad spem. ratio est, quia tunc complacentia in bono, dicenda
esset pertinere ad spem, quando haec potest elicere
proprium, et praecipuum actum circa bonum absens, et arduum:
quum autem deus non possit elicere proprium, et praecipuum

+ + +

spei actu, circa bonu absens, et arduu, no potest
in deo ea complacentia pertinere ad spem: q. re in bea
tis ea complacentia posset admitti ad spem pertinens
qa potuerunt elicere proprium, et praecipuum spei actu,
circa beatitudine bona, et absenti.

ad confirmationem

Respondet Ja: scribisse, quod licet spei arduitas ex
plicetur per ordine ad alterius voluntati, quum
hic ordo nario petat distinctione voluntatum, et
nulla detur distinctio inter voluntati patris, et
filij, filius complacens in suo esse, accepto a patre no
elicit complacentia pertinenti ad spem; quae
en arduitas d ru mei, in eo, quod in mea volun
tate positu d. = Respondetur a nobis pseqter ad doc
trina tradita, quod debet posse elici actus praecipu
us circa bonu absens, et arduu ut posset deinde
complacentia pertinere ad spem; atqui filius
no potest respicere suu esse a patre sibi comuni
candu, tanq; absens, et arduu. no go potest ea com
placentia ad spem pertinere.

Caput 3m

Circa concupiscentia, et amicitia, nostra sentencia pronunciatur

in quolibet cuiuscunq. amoris actu, quo amamus
alicui bonu, invenitur duplex respectus
alius ad bonu, quod amatur, et alius ad

4 qderno

subtu, cui tale bonu amamus, actus ille amoris
fdu respectu, que dicit ad bonu amatu, dicitur
concupiscentia, et fdu respectu, que dicit ad
subtu, cui amatur bonu, dicitur no concupiscen
tia, et appellatur, vel amicitia, vel bene volentia.

ita distinguunt concupiscen
tia a no concupiscentia pater Pferisse, et magister
albis. modo relinquo hanc vocu usurpatione, et sumo
concupiscentia, et amicitia in alia acceptione magis fre
quenti et usitata, et ~~qd~~ qua no negant doctores modo
relati. datur go concupiscentia, qdo alicui subto
amamus bonu, no qtenus bonu illus est, sed propter nostru
comodu, et utilitatu. Exemplu est in mancipio, cui si
~~obest~~ optes sanitatu, ut tibi famuletur exerces qa illu
concupiscentia amore, qa in eo amore attendis ad tuu como
dum, et utilitatu. datur amicitia, quando alicui
persona bonu optamus, qtenus bonu illus est. v. g. qdo
amo Petro divitias aut honore qtenus illus bona sunt.
tunc exerceo amicitia qa petru. recolenda sunt, qua
diximus in materia de gracia justificanti, qdo dis
putabamus an, et quomodo deus habeat cu iustis ami
citia.

Amor no concupiscentia potest no esse amicitia,
qa potest deficere aliqua ex conditionibus ad amicitia
requisitis; et potest esse amicitia, qa concurrunt
omnes conditiones, qua ad amicitia exiguntur. tres
et precipuas conditiones recensebo. prima, ut amor
terminetur ad substancia rationalem; unde amor, quo
quis desiderat bonu equo, no est amicitia qa no est ad

ad substanciam rationalem, 2a, est, ut sit, ad suppositum distinctum. Unde amor, quo quis amat se, non est amicitia, quia non est, ad distinctum suppositum. 3a ut in supposito amato correspondeat reciprocus amor. Unde amor, quo quis amat alterum hominem, si ab altero non redametur, non est amicitia. et ideo Philosophi hunc amorem, qui fertur in suppositum non redamans vocarunt benevolentiam, aut amicitiam inchoatam.

Triplicem circa hanc difficultatem statuimus conclusionem, ut cum claritate procedamus. 1a Conclusio est: Deus amat sibi amore concupiscentiae suas intrinsecas perfectiones, et una etiam persona divina amat aliam amore concupiscentiae. 1a Pars huius conclusionis est contra Magistrum albis disp. 4a de voluntate sect: 5a. Consentit tamen hic Author nobiscum quoad 2am conclusionis partem. Probatur breviter ea prima conclusionis pars: Deus amat sibi suas intrinsecas perfectiones, quia ipsi bonae sunt: ergo eas amat amore concupiscentiae. Ant. videtur certum, quia Deus amat suas intrinsecas perfectiones iuxta intrinsecam amabilitatem, quam habent. Sed sunt bonae ipsi Deo; ergo eas amat, quia sibi bonae sunt. Consequentia probatur, quia nil aliud requiritur ad amorem concupiscentiae, nisi quod in amando respiciatur commodum, et utilitas amantis.

Probatur 2a pars: Persona Patris v. g. amat sibi personam filii, quia persona filii bona est, ipsi personae Patris; sed nil aliud deficit huic amori, quominus concupiscentiae sit: ergo una persona divina amore concupiscentiae amat aliam personam divinam. Minor, et consequentia patent. Maior probatur, quia persona Patris non potest existere sine persona filii, et persona filii; est splendor Patris exprimens luculentissime ipsius Patris excellentiam; sed eius

modi, et aliae rationes reddunt convenientissimam Patri personam filij, et Pater convenientissime, et honestissime amabit sibi filium propter rationes tam excelsas: quia Pater amat personam filij, quia bona ipsi et personae Patris.

2a Conclusio est: Deus non amat suas intrinsecas perfectiones amicitia stricta, probatur conclusio, quia amicitia stricta non est ad ipsum amantem, sed ad alium reciproce correspondentem in amore: sed amor divinus, quo Deus amat ipsum met Deum, sive eius intrinsecas perfectiones, non est ad alium reciproce correspondentem in amore: quia etc.: unde optime divus Gregorius de Charitate amicabili, Homilia 14. in Evangelia: minus quam inter duos, haberi Charitas non potest. nemo enim proprie ad semet ipsum habere Charitatem dicitur, sed dilectio in alterum tendit, ut Charitas esse possit. Ex quibus verbis, et ex communi acceptione amicitiae stricta satis comprobatur nostra conclusio.

3a Conclusio est:

Una persona divina exercet verum, et proprium stricte amicitiae amorem quia alia. haec conclusio est contra Patrem Suarez disp. 30a metaphisicae sectione 16. nu: 60a. Patrem Pereyrse disp: 14a. Capite 3o. Patrem Arriaga disp: 24. sectio 4a. subsectio: 4a. quamvis concedant eum amorem inter unam personam, et aliam posse appellari supereminentem quandam amicitiam. probatur conclusio, quia Pater amat filium, quia propter suam ipsius bonitatem dignus est amore, et filius similiter amat Patrem, quia propter suam ipsius bonitatem dignus est amore sed nil aliud requiritur ad veram, et strictam amicitiam, inter Patrem, et filium: quia datur vera, et stricta amicitia inter Patrem, et filium, maior, et consequentia constant.

et probatur minor, qa ad veram, et strictam amicitiam nil aliud petitur, quam decorum suppositorum intellectualium mutuus amor propter bonus cuiusq. bonitatem.

Caput 4.m

Aliqua opponuntur contra doctrinam statutam.

Contra 1am conclusionem sic opponitur ex magistro albis. Inter deum, et ipsius perfectiones intrinsecas, non datur distinctio realis; sed concupiscentia requirit realem distinctionem inter bonum amatum, et subtum cui amatur; ergo deo non competit concupiscentia in ordine ad praedictas perfectiones. Minor probatur, qa nemo per concupiscentiam amat sibi se ipsum, ut ex apprehensione trium clare patet; si si deus per concupiscentiam amaret suas intrinsecas perfectiones, amaret sibi per concupiscentiam se ipsum: ergo deus non potest amare sibi per concupiscentiam suas intrinsecas perfectiones.

Respondetur concedendo ma: et negando mi: nam sicut optime intelligitur deum vere, et proprie se intelligere, seclusa distinctione reali inter subtum, quod intelligit, et intellectionem, per quam intelligit, et obtum, quod intelligitur; sic bene potest intelligi deum sibi concupiscere suas intrinsecas perfectiones, quin detur distinctio realis inter subtum, quod concupiscit et volitionem per quam concupiscit, et obtum, quod concupiscitur: unde sicut deo non negatur vere, et proprie intellectio, et amor, perfectionum, quae cum ipso deo identificantur, ita negari non debet earundem perfectionum concupiscentia.

itaq; sicut aliud est nos concipere in deo subtu, quod intelli
git, et intellectione, per quam intelligit instar rerum dis
tinctarum, et aliud est re ipsa in deo requiri distinctione ad in
telligendum: ita similiter aliud est, nos exprimentes concu
piscentiam, qua deus sua bona intrinseca sibi amat, expri
mere illam concipiendo divina bona instar distinctorum a deo;
et aliud est, distinctione ipsorum a deo requiri ad talem concupis
centiam. sicut ergo ea distinctio in ipso deo, non requiritur,
ut sit perfecte intelligens, quamvis ea contingat, prop
ter imperfectionem nostri intellectus: eodem modo ea
distinctio, in ipso deo, non requiretur, quamvis ea con
tingat propter imperfectionem nostri intellectus.

opponitur 2°, ex Patre
inferisse: concupiscentia formaliter et proprie accepta in=
cludit relationem realem, transcendentalem ad bonum quod
amatur, et ad subtum cui amatur, quia, et includit distinctio=
nem realem tam a subto cui bonum amatur, quam a bono ipso
quod amatur. = Probatur negdo ant.; nam ut ex iam dictis
constat, datur proprissime, et formalissime in deo cognitio, et amor
predicatorum, quae cum ipso deo identificantur, quin detur rela
tio realis transcendentalis ad deum cognoscentem et amantem,
et ad obtum cognitum, et amatum; poterit ergo dari concupiscentia
proprissima, et formalis, quin detur relatio realis transcenden=
talis ad subtum concupiscens, et ad obtum, quod concupiscitur.

opponitur 3° cum nostro
montoja disp. 52 de voluntate. sect. 5.a ad probandum unam
personam divinam, non exercere concupiscentiae amorem quam aliam. amor
concupiscentiae formaliter, ut talis, vult bonum utile, vel iucundum,
prout est utile, vel iucundum amanti; non autem prout est in se
honestum independenter a quacumque utilitate, vel iucunditate,
quam habeat ru amantis; sed una persona divina non amat aliam,
quatenus est amanti utilis, aut iucunda, sed quatenus est in se, quoddam
obtum honestum, et dignum amatu independenter a quavis utilitate

et iucunditate, quam habeat ru amantis: ergo una persona divina non amat aliam amore concupiscentiae. Confirmatur, quia bonum amatum per concupiscentiam, si sit ordinata, debet esse tale, quod ratione sui, et propter se ipsum non sit amabile, sed propter utilitatem, et comoditatem, quam habet ad alterum; sed quaelibet persona divina est ratione sui, et propter se ipsam amabilis; ergo etc.

Respondetur unam personam divinam amare aliam, et quia utilis est, et iucunda amanti, et quia est in se pulcherrima, honestissima, et amore digna: quatenus ergo una persona amat aliam, quia est utilis, et iucunda amanti, exercetur concupiscentia: quatenus vero una persona amat aliam, quia est in se pulcherrima, honestissima, et amore digna, exercetur amicitia aut alia virtus. sicut quando amatur sublevatio miseriae pauperis, propter specialem illam honestatem, quae relucet in sublevando miseriam indigentis, exercetur misericordia: quando vero amatur sublevatio miseriae pauperis, quia est opus deo gratum, et gloriosum, exercetur charitas, aut alia virtus. probat quidem argumentum unam personam debere aliam amare, quia est in se digna amore, quod nos fatemur; non vero probat non debere etiam amari quia est comoda, vilis, et iucunda amanti, hinc ad confirmationem facilis est responsio.

opponitur 4°. cum Patre Suarez, Herisse, Arriaga, et alijs, ad probandum non intercedere veram, et strictam amicitiam inter personas divinas. amicitia ex suo conceptu petit, ut amor suppositi amantis tendat ad aliud suppositum redamans, sed amor Patris aeterni non est ad filium redamantem: ergo inter Patrem, et filium, non datur vera, et stricta amicitia, minor in qua est difficultas sic probatur

nil [illegible]

minor in qua de difficultas sic probatur, ut amor patris
aeterni esset ad filium redamandum, narium erat, quod
~~[illegible]~~ filius correspondet patri amando illum per distinctum
amorem, quia hoc modo, et non aliter daretur, mutuus amor,
quem petit essenter redamatio duorum; sed filius non correspon-
det patri amando illum per distinctum amorem, nam ut ex
fide constat, idem numero amor, qui est in patre, et comu-
nis personis sanctissimae Trinitatis: ergo patris aeterni
non est ad filium redamantem, et consequenter inter patrem, et
filium, non datur amicitia ex defectu mutui amoris essen-
tialiter ad amicitiam requisiti.

Respondetur ad conceptum amicitiae,
etiam stando principiis Philosophi, solum requiri, quod extra-
mum amatum, nimirum alter amicus redamet amicum, per
verum, et realem amorem, quo denominetur amans; atqui
potest contingere, quod extremum amatum, ut: amicus deno-
minetur, per illum eundem amorem, amans amicum, a quo
prius amabatur. non ergo ex mente Philosophi requiritur
duplicitas amoris, sed solum duplicitas suppositi amantis,
quamvis utrumque suppositum amet per eundem omnino
amorem. Unde quamvis in creatis ad amicitiam re-
quiratur non solum duplicitas suppositi amantis, sed
etiam duplicitas amoris, id contingit, quia amor, quo
unum suppositum denominatur amans aliud, non potest
denominare hoc aliud amans prius, a quo amabatur;
quum autem in divinis passit unus, et indivisibilis amor
denominare utrumque suppositum amans, non requiritur
in divinis duplicitas amoris ad amicitiae conceptum.

et confirmatur solutio
quia non videtur credibile amorem deficere a proprietate
amicitiae, ex eo, quod melius attingat amicitiae scopum

atqui ex eo, quod eodem amore se ament personae divinae
unaquaeque ex complacentia alterius melius attingunt
amicitiae scopum, quam personae aliae se amantes amoribus
distinctis; amor enim amicitiae tendit ad reddendum
ante unum, et eundem cum amato: unde illud vulgare
proverbium, amicus et alter ego: quia amor ille, quo divi
nae personae se amant, deficere non potest a proprietate
amicitiae, quodque personae se amantes per eum indi
visibilem amorem, melius attingunt amicitiae scopum
nam ex identitate reali personarum divinarum in na
tura, voluntate, et amore actuali, melius ~~in~~
attingitur haec unitas, et identitas amantis, et
amati, quam ex distinctione horum praedicatorum.

Disp. 4ª

An deus amet suas intrinsecas perfec
tiones amore stricto, sive amore
qui dicitur specialis?

Caput 1m

Difficultatis punctum, et aliqua notanda
praemittuntur.

Haec difficultas ab antiquis theologis parum discussa
a novioribus vero valde contentiose agitatur, et quamvis
ab antiquis levis momenti reputetur, mihi tamen, et
aliis satis pulchra et ingeniosa videtur, ad divinorum
et creatorum affectuum naturam indagandum. Statutum iam
et disp. praecedenti, deum habere gaudium de suis perfec
tionibus intrinsecis. ~~quibus~~ quod in eis a se possessis plenissime
conquiescit; hoc enim gaudium ~~certum~~ conceptum, ex eo quod
deus se videat tantarum perfectionum cumulis divitem, et
opulentum, saltem pertinet ad complementum perfectissimae

beatitudinis, qua deus undequaque felix, atque beatus est;

Ex quo modo procedimus, an in deo ru suarum perfectionum detur amor strictus sive amor ille, qui specialis nuncupatur. Pro quo sciendum est, non esse difficultatem de ratione generica amoris, nam certum est desiderium, et gaudium esse amorem obti, quodcumque obtum est absens amamus illud bonum absens per desiderium et quodcumque obtum est possessum, amamus illud bonum possessum per gaudium quod concipimus. Unde quum desiderium ~~[illegible]~~ reiecerimus a deo ru suarum perfectionum, et gaudium amisserimus. Constat dari in deo rationem contractam amoris ad gaudium, et consequenter non potest modo instituere difficultas de ratione generica amoris utcumque, sed de ratione quadam peculiari amoris.

Quum enim obtum possit proponi, ut in se bonum, et etiam ut nobis bonum, quum proponatur ut absens, neque ut praesens, sed secundum conceptum bonitatis praescindentem ab his omnibus rationibus; voluntas tunc non afficietur quoad bonum ~~[illegible]~~ sive propositum per desiderium, quia requiritur ad desiderium quod bonum proponatur, ut aliquomodo absens, et non habitum: neque afficietur per gaudium, quia ad hoc requiritur, quod bonum proponatur, ut habitum, et praesens. Quapropter tunc voluntas afficietur quoad illud bonum ita propositum, per quendam amorem, qui neque est desiderium, neque gaudium, et quem vocamus amorem strictum, et amorem specialiter dictum. et de hoc instituimus praesentem disputationem.

Ex quo augetur difficultas explicandi hanc speciem determinatam amoris stricti, et specialis, prout addit specificam suam differam, supra rationem comunem, et genericam amoris. nam ratio comunis, et generica amoris

praescindit ab absentia, quodque contrahibilis est ad gaudium; alias non praescinderet ab absentia, non esset ad gaudium contrahibilis, quia gaudium dicit, quod bonum sit praesens, et non absens: praescindit etiam a praesentia, quandoque contrahibilis est ad desiderium. Et si non praescinderet a praesentia, non esset ad desiderium contrahibilis. Unde in unum confunduntur ratio generica amoris, et ratio amoris stricti et specialis. Quaerendum ergo est aliquid speciale, quod addat hic amor strictus, et specialis, supra rationem communem, et genericam amoris, sicut gaudium, et desiderium addunt aliquid speciale supra rationem communem, et genericam amoris.

in quo puncto explicando multum desudant Nouiores, nostri Theologi. Videatur pater Ribadeneira nobilis Complutensis Doctor, tractatu de voluntate disp. 10a, et 11a omnes dicendi modos a Recentioribus inventos adducens, et propriam mentem circa naturam huius stricti amoris, et quid addat supra rationem communem, et genericam amoris communissime sumpti explicare tentans. Nos non cum tanto molimine, sed cum claritate, quam semper optamus in decursu disputationis nostram mentem apperiemus. Hoc tanquam certum 1o notandum est, complacentiam in bono quia bonum est, realiter distinctam a desiderio, et gaudio, qualem multoties in voluntate creata experimur, esse proprissime amorem strictum, et specialiter dictum.

notandum est 2o amorem strictum esse simplicem voluntatis affectum in bonum, quia bonum apparet. Sed communem huius vocis usurpationem. Unde decretum absolutum et efficax mouendi

Brachiū in hoc momento temporis, quod neque
est desiderium, neq; gaudium circa motū, nō est amor
strictus huius motus, q.a nō est simplex compla
centia, quā, velleitatē appellant, et quū in
acceptione vocū standū sit comuni vsurpationi,
nō est appellandū hoc decretū, et alia similia
amor strictus, bene video hic misceri multū de no
mine, et ideo in hoc nō multū imorandū,
q.a nō est nobis otiosiandū.
nō multū imorandū.

prima ergo
sentencia circa presentē controuersiā negat amorem strictū
in deo circa suas intrinsecas perfectiones, ita pa: Herisse disp
13.a de voluntate capite 6.o magister albis disp: 4.a
secti: 3.a et 4.a quibus proluxit ad hanc sentenciā
sibi persuadendā ex antiquioribus auctoribus in primū,
distincti 1.a Quasti 2.a arti: 1.o et alijs in locis. Eiusdem
sentenciae sunt aliqui RR.res 2a sentencia docet deum
amare suas intrinsecas perfectiones amore stricto
distincto ex parte ipsius Dei, a gaudio, quod concipit
circa easdē perfectiones. ita pa: suarez, tractatu de
attributis libro 3.o capite 6.o nu: 9.o pater vasquez
disp 84. cap: 2.o p: arriaga disp: 25.e, secti: 4.a
subsectione 3.a p: antonius de quiros tractatu 5.o disp 68.a
secti 3.a pa: rifalda in manuscriptis de voluntate disp
2a, et alij RR.res duplex alia sentencia refertur,
cuius nō est opus meminisse.

Caput. 2.m

Verior sentencia eligitur.

asserendū iudico in deo dari specialē quendā amo
rem

a gaudio fraliter distinctu, per quem amet suas diuinas
at intrinsecas perfectiones. nostra conclusio probatur, 1°
qa nō sed unde repugnet diuinae voluntati, quod fera
tur in bonitate dei intrinseca sed ipse, qtenus apparet
digna amore, sistendo praecise in hac dignitate
ad amorem, quae resplendet in diuinitate diuinarum
perfectionum; sed hic affectus sed amor specialiter dis
tinctus, at a gaudio fraliter distinctus: go in deo da
tur amor specialiter distinctus, at qui strictus nuncu
patur, a gaudio fraliter distinctus, per quem feratur
in suas diuinas, at intrinsecas perfectiones.

discursus videtur ma
nifestus, at unico ictu intentu conuincens, nā ex una pte
nō apparet aliqua contradictio in eo quod deus
amet per quendā ~~amorem~~ actu determinatu, at in
particulari bonitate suarū perfectionū, qa hae appa
rent dignae, quod amentur; at ex alia datur di
uersitas inter hunc specialū amoris actu, at gaudiū,
nā hic actus, quem modo ponimus in deo solū ha
bat, quod ex vi illius, taliter afficiatur voluntas
qa obtū, ut per illū approbet eam bonitate in obto
relucentā; quae approbatio nō dicit fraliter ali
quā voluptatū aut recreationē; gaudiū vero sed
fralissima recreatio, at delectatio, quā concipit
voluntas de possessione illius bonitatis, unde gau
diū semper at necessario ex conceptu talis suppo
nit existiā obti, at licet haec in deo semper, at

inevitabiliter supponat, id erit ex alio capite, nō ex
conceptu huius ~~favoris~~ amoris: ecce quomodo nō confunditur amor
strictus cum gaudio, quia hic affectus, ex modo intrin
seco tendendi sunt diversi, et quomodo possint compati
in eodem subto, quamvis habent eum modū tendendi
diversū: quia amare rem ex eo, quod bona appareat,
et gaudere de eius existia, et possessione nullā in
volunt repugnantiā in simultanea coniunctione
constat etiā quod
amor hic, quem appellamus strictū, et specialē addat
peculiarem suā differā supra conceptum comunē amoris.
nā si loquamur de conceptu comunissimo amoris,
hinc est tendentia affectiva in bonū ut sic. et hic
amor strictus, quē in deo ponimus est particularis
affectiva tendentia in bonū divinū, et infinitū.
si autē loquamur
de conceptu comunissimo amoris divini prout est
indifferens ad desiderium, et gaudium (demus pro præ
senti in deo desiderium circa suas intrinsecas perfec
tiones) constat etiā addere aliquid speciale
supra eā rationē comunē, nā ratio comunis amo
ris divini, prout est indifferens ad desiderium, et
gaudium præscindit ab approbatione quasi specu
lativa bonitatis obti sistenti in hac approba
tione, et speculativa complacentia illius bonitatis,
et a iucunditate, recreatione, et voluptate et
vtiliter ab eis omnibus differis, per quas contrahi
bilis est ad desiderium, et gaudium, et potest componi

cum desiderio, et gaudio, sicut quaelibet alia ratio communis, cum suis inferioribus, amor vero hic, quem in deo ponimus, et appellamus strictum, non ita praescindit, sed affert in suo fralissimo conceptu talem complacentiam, et approbationem bonitatis quam amat, ut excludat per suum fralissimum conceptum alias diffras contrahentes.

Probatur 2°. si propter aliquam rationem repugnaret deo amor strictus, et specialis, maxime, quia perfectiones divinae essentiae imbibunt existentiam, et possessionem comparatione ipsius dei, cum unaquaeque in suo conceptu afferat existentiam et praesentiam, et consequenter quod a deo possideatur, et quum, cuiusmodi existentia, praesentia, et possessio potius generet gaudium, quam amorem strictum et specialem, repugnet deo propter hanc rationem amor strictus, et specialis. atqui haec ratio nil urget. ergo concedendus est deo amor strictus et specialis a gaudio condistinctus. maior continet adversariorum doctrinam. consequentia legitime infertur, et sola minor probanda est.

Consequentia, sic probatur, circa bonum existens et possessum, et cognitum, ut existens, et possessum potest versari amor strictus. ergo ea ratio nil convincit; Ant. probatur 1°. quia bonum existens et possessum, et cognitum ut tale est revera est bonum, quodcumque per hoc, quod sit possessum, ~~et cognitum ut tale~~ non amittit esse bonum, sed est quidam bonum, et vetra bonum possessum.

qr potest voluntas per quendam affectum tendere in illud bonum quasi speculative approbando bonitatem, et consequenter ea inclusio existiae, et possessionis in fralissimo conceptu perfectionum divinarum non obstat amori stricto. 2o. quia aliud est moveri ad amandum obtum, quia est bonum possessum, et aliud est, moveri, quia bonum est obtum sic esse possessum. Haec enim duo, valde inter se diversa sunt, 1m pertinet ad gaudium, et 2m ad amorem strictum. pertinet quo concipi a Deo amor strictus circa suas perfectiones quamvis essenter imbibant, existiam, et possessionem.

Probatur 3o. ideo Deus gaudet de bonitate sua possessa, quia eam amaverat et ideo gaudium subsequutum comuniter appellatur effectus, aut quasi effectus amoris praesentis, quia est vera haec causalis, aut quasi causalis. ideo quis gaudet de possessione bonitatis quia eam amat, non autem e contra. ideo eam amat, quia de illa gaudet. qr in Deo datur, et amor strictus suae bonitatis et gaudium, per quod in illa, perfectissime quiescit quum hic orde divinorum actuum non repugnet, praesertim si non afferat aliquam affectionem productionis, aut realis causalitatis, sed solum prioritatem et posterioritatem intentionalem, quae Deo non repugnat, ut in pluribus locis a nobis ostensum est.

Statim respondent adversarii, eam causalem non esse veram, in sensu frali nullam afferenti entitatem, aut prioritatem alicuius causalitatis, neq. alicuius prioritatis. sed esse veram in sensu formali, nullam afferenti causalitatem, aut prioritatem ad eum modum quo dicimus

Petrum ideo esse hominem, quia est animal rationale, et ideo esse animal rationale, quia est homo, sed contra est, quia nullum fundamentum urgens affertur, ad ostendendum eam propositionem non denotare aliquam prioritatem inter amorem strictum et gaudium, qualis datur inter intellectionem et alia praedicata divina ut ex argumentorum solutione constabit; asserendum quod est in Deo dari hunc amorem strictum quem in Deo, si semel concedas facile est probare, eum a gaudio esse formaliter distinctum.

Caput 3.m

aliqua adversariorum tela franguntur.

Dicunt 1.o amor strictus, prout formaliter distinguitur a gaudio terminatur ad bonitatem abstrahentem ab existentia: atqui Deus non potest cognoscere suam bonitatem, ut abstrahentem ab existentia, sed necessario illam cognoscit ut existentem: ergo non potest habere quia illam amorem strictum, prout formaliter distinguitur a gaudio.

Hoc est potissimum adversariorum fundamentum, quod paulo aliter ab aliis proponi solet, hoc modo amor strictus terminatur ad praedicata quidditativa: quia in Deo non potest hic amor esse formaliter distinctus a gaudio. Consequentia probatur, quia inter praedicata quidditativa Dei computatur existentia, imo non solum esse divina constituitur formalissime per existentiam, sed etiam quaelibet alia perfectio divina, si ut divina, et Dei propria concipiatur, praescindere non potest ab existentia

go omnis dei amor ad perfectiones divinas terminatus, et
fralissime gaudium, quia gaudium est effectus quia rem, a deo
possessam ut possessam, sive ad rem in deo existentem ut exis
tentem.

hoc argumentum priori forma propositum petit ut ex
plicemus, in quo sum amor strictus terminetur ad bonitatem
abstrahentem ab existia, et quomodo hic amor terminetur ad bo
nitatem abstrahentem ab existia, et adhuc, quod possit terminari
ad bonitatem existentem, cognitam ut existentem, ut antecedenter
docuimus. dicitur quod amor stricte sumptus tendere in boni
tatem ut abstrahentem ab existia, quia est complacentia quadam
per quam voluntas bene afficitur, quia obtum, quae ex conceptu
suo potest stare, sive obtum proponatur existens, sive non.
nam bene affici quia obtum, neque petit existiam, neque absentiam
obti.

Cum quo stat, quod aliquando per cognitionem obtum proponatur
existens, et possessum, et adhuc in voluntate excitetur amor
stricte sumptus, nam amor ille strictus in voluntate exci
tatus ex modo intrinseco tendendi, neque petit existiam rea
lem, et exercitium illae bonitatis aut illae possessionem, neque
petit, quod ea per intellectum proponatur, i. modo quo ad
argu: priori modo propositum, res per deo concedendo, vel om
ittendo ma:, et distinguendo mi: deus non potest cognoscere
suam bonitatem ut abstrahentem ab existia, quatenus est ex vi amoris
stricte sumpti nego mi: non potest cognoscere suam bonitatem
abstrahentem ab existia ex perfectione dei, aut ex aliis
capitibus concedo mi: fateor deum cognoscere suam bonitatem
existentem, et a se possessam. hoc tamen non est, quia id exigat

amor stricte sumptus, sed quia perfectio Dei id expostulat.

forma propositum probatur concedendo ant.; ad argu: sub alia
tus feratur in bonitatem sed se, ut iam diximus, necessum est,
quod feratur in praedicata quidditativa obti sed se,
quae conflant illius bonitatem. neganda deinde est consequentia
ad cuius probationem distinguendum est ant. essa divina in
sensu absoluto essa (idem de qualibet alia perfectio
ne divina dicendum est) constituitur quidem per existiam
absolutam, et actualiter exercitam. concedo ant.: essa,
aut qualibet alia perfectio divina in sensu possibili
tatis, aut non repugnantiae, constituitur per existiam
absolutam, et actualiter exercitam: nego ant. in hoc
enim sensu solum constituitur per existiam possibilem, et non
repugnantem. amor ergo divinus stricte sumptus formaliter
distinguitur a gaudio, quia gaudium supponit existiam obti
amati actualiter exercitam, quam non supponit amor
stricte sumptus. unde quamvis dixerimus circa
obtum existens, ut cognitum ut existens, posse versari
amorem stricte sumptum semper advertendum est, hunc
amorem non petere, quod cuiusmodi obtum, sit actuali
ter existens, neque quod proponatur, ut actualiter
existens.

dicunt 2°. non facile intelligitur, quomodo
amor stricte sumptus constituat speciem amoris de
terminatam, sicut desiderium, ut gaudium constituit:
ergo amor stricte sumptus, potius est ratio generica
amoris, quam species illius. ant. probatur, quia amor
stricte sumptus, est complacentia in bono.

~~ergo non datur aliqua species~~ Sed desiderium et gaudium sunt etiam complacentia in bono: ergo non datur aliqua species quae sit amor stricte sumptus, iam explicuimus cap: 2°. quomodo amor stricte sumptus, sit quaedam species determinata amoris, et quomodo addat suam peculiarem differentiam, contrahentem rationem communem amoris, sicut eam addunt desiderium et gaudium.

oppositum contra objicientem, apprehensio intellectualis est perceptio obti, et iudicium est etiam perceptio obti: ergo apprehensio et iudicium non sunt duae species determinatae actuum intellectus. Vides quomodo sit nullus roboris tuum argumentum. Respondeo rationem communissimam amoris praescindere ab eo, quod sit amor, sive complacentia, simplex, et ab eo, quod tendat in bonum absens, et ab eo, quod tendat in bonum qua existens, et possessum: haec ratio communissima contrahitur ad amorem stricte sumptum per illam differentiam, quam significat illa particula simplex, et ad desiderium, et gaudium per alias differentias, quae facile noscuntur, sicut perceptio communissima obti contrahitur ad apprehensionem per hoc, quod sit perceptio simplex obti, et ad iudicium per aliam differentiam satis notam, videatur Arriaga tomo 3° tracta: de passionibus animae disp. 29. subsec: 2a.

dicunt 3°. Deus non praescindit inter suas intrinsecas perfectiones, neque per actus suae scientiae, neque per actus sui amoris, quod ipsum tam scientia Dei, quam eius amor comprehensive tendunt in obtum. ergo amor stricte sumptus repugnat Deo, quia habet modum tendendi abstrahentem ab existentia, et possessione

quae procul dubio sunt duae perfectiones. = Rd. Concesso ant. negdo consequentiam, deus non praescindit per actus suae scientiae quia quamvis per ea formalitatem, per quam cognoscit unum praedicatum, non cognoscat aliud, adhuc tamen, quia ea formalitas cognitionis realiter identificatur cum alia formalitate, hoc est sufficiens caput quare ea cognitio non dicatur praescindens, sic similiter quamvis formalitas amoris stricte sumpti, non sit formalitas gaudii, quia per formalitatem amoris attingitur bonum, qua bonum, et per formalitatem gaudii attingitur bonum qua possessum, quia tamen eae formalitates identificantur, non potest amor divinus dici absolute, et simpliciter praescissivus, licet sit ex suo modo tendendi praescissivus.

Ubi notandum est, aliud esse amorem stricte ex suo modo tendendi praescise attento praescindere ab existentia obti, et aliud esse, quod ex omni alio capite, et praedicato praescindat; fateor amorem stricte sumptum, ex suo intrinseco modo tendendi praescindere ab existentia obti, ut iam diximus. hoc est, non petit existentiam in obto, ut ad ipsum terminetur amor, stricte sumptus, adhuc tamen, quia hic amor, strictus quem in deo ponimus est divinus, et infinitus, et identificabilis cum omni alia perfectione simpliciter simplici, petit ex hoc capite existentiam in obto, non ex conceptu amoris stricti praescise, sed ex ratione talis differentiae divinae, et infinitae, sicut aeternitas ex conceptu talis non petit immensitatem, talis tamen aeternitas divina, et infinita ex ratione

peculiaris illius differe petit revera Immensitatis. =

Caput 4

alia quae contra nos objiciuntur nullus esse roboris ostenditur.

Dicunt 4°. et instant contra superiorem doctrinam, omnis scientia, quae in deo datur circa suas perfectiones et scientia visionis: ergo omnis amor qui in deo datur, et fralissime gaudium. Ant. supponitur tanq. certum, quia deus non cognoscit suas perfectiones ut possibiles, atti deo communiter a doctoribus negatur, in deo circa deum ipsum scientia simplicis intelligentiae, consequentia probatur, tum quia scientia visionis fraliter dirigitur ad gaudium, quia et de re possessa ut possessa, tum quia ad concipiendum amorem strictum non requiritur, ut saepe diximus, quod obiectum cognoscatur existens. = Confirmatur. amor strictus petit ex parte intellectus aliquam scientiam, qua dirigatur, sed non petit scientiam visionis; ergo aliquam aliam, quae in deo circa deum ipsum et impossibilis. at consequenter ponimus in deo amorem, qui dirigatur per scientiam, quae in deo, circa deum ipsum repugnat, quod ridiculum videtur.

Respondetur in argumento committi magnam aequivocationem, aut in eo involvi quaestionem de nomine. deus itaq. non solum ~~existit~~ existit, sed etiam non repugnat existere, quia si revera existit, et evidens esse possibile, sive non repugnare ipsum existere; ex quo dialectici dicunt bene valet ab actu ad potentiam, quapropter scientia, quam deus habet de suis perfectionibus, non solum enunciat eas esse realiter, at absolute existentes

sed etiam eas esse possibiles, ut non repugnantes existere.
datur ergo in deo scientia sufficiens ad dirigendum amorem
stricte sumptum, nimirum scientia illa, qua enunciat
bonitatem suarum perfectionum esse possibilem, ut non repug
nantem abstrahendo modo a nomine, quo et appellan
da eiusmodi scientia.

iuxta hanc doctrinam distinguendum et
ant.: omnis scientia, quae in deo datur, circa suas
perfectiones et scientia visionis, attingens non solum
existentiam earum, sed etiam intrinsecam earum possibilitatem,
ut non repugnantiam, concedo ant.: et scientia visio
nis attingens solum earum existentiam actualem nego ant.
scientia ergo illa, quae relucet ex parte divini In
tellectus, quocumque nomine eam appelles, sive visionis,
sive quolibet alio nomine. ergo sufficiens ad dirigen
dum gaudium ea parte, qua cognoscit existentiam, ut
possessionem divinarum perfectionum: ut simul et sufficiens
ad dirigendum amorem, stricte sumptum ea parte qua
cognoscit bonitatem illarum sed se possibilem, ut non repug
nantem, ad confirm: concedenda et ma: ut distinguenda et
minor, sed non petit scientiam visionis ea parte, qua
ea scientia attingit existentiam absolutam, ut actualiter
exercitam concedo ma: ea parte, qua attingit bonitatem
perfectionum sed se possibilem, ut non repugnantem nego ma:

quum ergo deus cognoscat
has veritates. non repugno existere, ut de facto existo
latet hic, quaestio de nomine, an ea scientia quae
terminatur ad ipsam veritatem appellanda sit scientia

simplicis intelligentiae, in qua attendenda sit vis sig
nificativa vocis. = si per scientiam simplicis intelligen
tiae solum intelligatur scientia attingens positivam
rei possibilitatem, quin aliquid aliud exigatur, judico
scientiam in deo circa se ipsum residentem, esse appell
andam scientiam simplicis intelligentiae, unde iam dabi
tur in deo, scientia simplicis intelligentiae, quae secundum
adversarios nario requiritur ad dirigendum amorem
stricte sumptum, = si per scientiam simplicis intelligen
tiae, non solum scetur cognitio non repugnantiae, seu
possibilitatis, sed veterius denotetur carentia cognitio
nis existiae, in hoc sensu non datur in deo circa se
ipsum scientia simplicis intelligentiae. haec tamen sci
entia qualiscunque sit, quatenus tendit ad intrinsecam bo
nitatem et possibilitatem divinarum perfectionum potest diri
gere ad amorem stricte sumptum, ut iam dictum est.

dicunt 5°: in deo circa
propria bona non datur desiderium, quia hoc pertinet absen
tiam, in obto ad quam tollendam tendit, per suum conatum
desiderium, quod non posse in deo verificari a nobis ipsis cum
comuni sententia iam est superius statutum. quod neque amor
strictus consequentia probatur, quia nullum bonum divinum est absens
ru dei, ita nullum bonum divinum praescindens ab existia
et possessione. et consequenter in deo impossibile est amor strictus.
Confirmatur: amor divinus non tendit ad divinas
perfectiones, prout a nobis considerantur, sed prout in se
sunt, sed prout in se sunt, non abstrahunt ab existia,

et possessione, sed prout a nobis considerantur, ut est evidentissimum; quia amor divinus non tendit ad divinas perfectiones, prout sunt abstrahentes ab existentia, et possessione, et consequenter amor divinus stricte sumptus est in deo implicatorius.

Pertur concesso ant. neque consequentia, ratio est quia ad concipiendum desiderium requiritur, quod bonum ut absens proponatur: quum autem divina cognitio non potest proponere dei perfectiones ut absentes, non potest concipi a deo desiderium circa suas intrinsecas perfectiones: amor vero strictus quamvis tendat in obtum praescindendo ab existentia et possessione, haec praescisio non se tenet ex parte obti sed ex parte modi tendendi amoris. et hoc nil aliud est, quam quod amor strictus amet perfectionum bonitatem, non attendendo ad existentiam, et possessionem, quae in ipsis datur quod, quidem, nullum est inconveniens.

Ad confirmationem tollenda est aequivocatio, quae latere videtur, quando asserimus amorem divinum ferri ad divinas perfectiones, prout sunt abstrahentes ab existentia, et possessione. Distinguenda est ma: amor divinus fertur ad omnes perfectiones prout in se sunt, hoc est sub omne motivum, et rationem quam habent, ut amentur: nego ma: sub aliquod motivum, et rationem, quam in se habent, ut amentur. Concedo ma: quum autem hoc motivum, sive ratio non sit titulus possessionis. ideo asserimus amorem strictum, ex suo modo tendendi praescindere ab

5

ab Existia, et possessione, hoc est, nil curare de hoc titulo Existiæ, et possessionis.

Controversia 3ª
de Obto Creato divinæ voluntatis.

Disp. 1ª an Deus amet Creaturas possibiles, nunq. extituras affectu aliquo, quo non velit eas ad Existiam traducere.

Caput 1m
aliqua supponuntur, et Authorum Judicia proferuntur.

per Obtum increatum divinæ voluntatis, quod est Deus, expendamus iam Obtum Creatum. Deum amare Creaturas 1º supponendum est, tanq. quid constans ex sacris litteris. Sapientiæ 11º dicitur, Diliges omnia, quæ sunt, et nil odisti eorum quæ fecisti; et Psalmo 29º in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, et sic in pluribus aliis veteris testamenti testimonijs. Consonant in novo testamento, divus Paulus ad Ephesios 1º qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, et Joannis Cap. 3º sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Omitto quæ apud quemlibet videri possunt. Unde non est Quæstio præsens, an Deus amet Creaturas utcunq. et utiliter loquendo, sed an Deus amet Creaturas possibiles

quæ nunq; de statu possibilitatis, ad statum existiæ traducendæ sunt.

Supponendum est 2° Simplicem possibilitatem esse distinguendam. alia est, activa, Creaturis omnibus extrinseca, quæ se tenet ex parte dei; et non distinguitur ab eius omnipotentia, ratione cuius, deus ex se potest Creaturam producere. 2a est, possibilitas passiva, et intrinseca ipsis Creaturis, et non distinguitur ab earum prædicatis quidditativis. est enim aptitudo, quam habent ex se prædicata Creaturarum, ut sit dependenter a deo, quæ nullum affert esse, absolute, et simpliciter tale, antequam Creatura existat, si solum esset obiectivum, et conditionatum, et solet explicari per illam propositionem, si Creatura producatur a deo, non inferret contradictionem, aut per non repugnantiam ad existendum. scio varie a Theologis, et Metaphisicis rerum possibilitatem explicari. modo non est locus rem hanc radicitus exponendi. sufficit enim ad præsentem materiam uti communioribus, et frequentioribus terminis.

Supponendum est 3° Deum nario amare illam possibilitatem activam et rebus Creatis omnino extrinsecam. nam illa possibilitas activa et rebus Creatis omnino extrinseca, est ipsa met omnipotentia divina. atqui deus nario amat omnipotentiam suam divinam. ergo deus amat possibilitatem activam nario, et rebus Creatis omnino extrinsecam. quare tota Quæstionis dificultas devolvitur ad illam possibilitatem passivam, et non repugnantiam, se tenentem ex parte Creaturarum. et inquirimus an illud

esse obtinu, et conditionatu sit trus sufficiens divini amoris quamvis absolute, et simpliciter no. asserat esse anteq. ponatur extra caas;

Supponendu 4°. deu vere, et proprie per scientia simplicis intelligentiae cognoscere creaturas possibiles quamvis nil sint, in sensu absoluto actualiter, et de praesenti; habent enim pro eo statu sufficientem veritatem, potentem determinare divinum intellectum ad sui cognitionem, nam ut res sit obtu, intellectus, no requiritur quod habeat, aut habitura sit existia actualiter exercita pro aliquo — tempore determinate. Ergo difficultas, an sicut res possibilis pro eo statu possibilitatis habet sufficientem veritatem, ratione cuius possit esse obtu intellectus ita habeat sufficientem bonitatem ratione cuius possit esse obtu divinae complacentiae.

Supponendu 5°. hanc quaestionem praecipue institui circa simplicem complacentiam voluntatis prout ea distincta ab affectu efficaci, aut inefficaci quae complacentia, ut ex dictis in superioribus constat, et quaedam affectiva tendentia, per quam voluntas bene afficitur ga aliquod obtu praecise, et unitur cu illo per affectu, quin per illu tendat ad comunicandam existia obto. Unde a consilio in titulo disputationis inscripsimus. an deus diligat creaturas possibiles nunq. extituras affectu aliquo, quo no velit eas ad existia traducere. Id certu et affectu efficace, aut inefficace tendere efficaciter, aut inefficaciter ad comunicandam rebus existia.

Prima opinio tuetur deu no amare creaturas possibiles. Ita Albelda, Joannes a Sto Thoma, Carmeliti Discalceati, Aegydius Lusitanus, alii, apud quos authores stant ex antiquioribus pro hac

opinione. Alexander, albertus, bonauentura, Gabriel, ferrara, Capreolus, Cajetanus, Banes, Sumel nauarette nazarius, quos affert Rybademeira, tractatu de volu tate. disp. 12. Capi. 2°. videtur huic opinioni fauere, per suarez. ~~suarez~~ disp. 30. methaphisicae, secti. 16. nu. 41, et libro 3°. de attributis, Cap. 6°. nu. 10. et libro 11° de trinitate, Cap. 2°. nu. 9°. et quotidie videmus hanc opinionem in publicis concertationibus a nouioribus thomistis defensari,

Ea opinio propugnat deum amare creaturas possibiles, ita valentia, vasquez, Herisse, Granadus, fasolas, montoya, Hemelman, Arrubal marion, Rapalda, Torres, Lugo, arriaga, et alij quos adducit Rybadeneira loco supra citato, eandem ~~sequitur~~ ~~sequitur~~ sequitur, opinionem scotistae, videatur inter alios franciscus felix de voluntate, Capite 3° difficultate 3a. nos huic 2ae sententiae subscribimus, et statuimus deum amare creaturas possibiles, in quibus nulla moralis malitia reluceat, abstrahendo modo, ab eo, quod eiusmodi complacentia sit libera, aut naria,

Caput 2m

Probatur 1°. nostra sentencia probatur.

Creaturae in statu possibilitatis habent esse sufficiens ut terminent diuinam cognitionem, quo etiam pro eodem statu habent bonitatem sufficientem, ut possint.

terminare diuinam complacentiam, aut tanq. indubitatum supponendum, et ex materia de scientia, consequentia probatur, quia naria et ratio, quae habent veritatem, et intelligibilitatem sufficientem, ut possent terminare complacentiam. quum veritas, et bonitas comitentur ens, quocumq. statu concipiatur, et quum ad concipiendam complacentiam aut cognitionem de obto, non requiratur illius existentia physica, sequitur, et sicut deus, cognoscit creaturas possibiles. ita possit in illis complacere.

Dices cum oppositae sententiae patroni esse discrimen manifestum, inter intellectionem, et volitionem, nam omnis actus voluntatis per se tendit ad comunicandam existentiam, et quantum in se illam desiderat comunicare, quod quidem vrliter verum est, in omni actu voluntatis, siue sit efficax, siue inefficax, siue complacentia simplex, ~~quum autem deus~~, quum autem deus non velit producere creaturas possibiles, non dum extituras, non habet quia eas, neq. simplicem complacentiam, quia si haberet hanc, vellet eas producere, vnde relegandum est a deo simplex complacentia quia creaturas possibiles, et apparet manifestum discrimen inter scientiam et intellectionem quodque intellectio possibilium non tendit ad comunicandam existentiam possibilibus.

Pro contra est, quia inter affectus voluntatis distinguuntur alii, qui efficaciter, aut inefficaciter tendunt ad comunicandam existentiam obto volito, et alii affectus omnino simplices, qui praecise tendunt in obtum, si contemplando illorum cognitionem

et solum in illa complacendo, qui sunt causa, aut quasi causa aliorum affectuum efficatium, aut inefficatium; nam quum obiectum independenter ab existentia actualiter exercita habeat suam intrinsecam amabilitatem potest amari per affectum qui non tendat ad comunicandam existentiam actualem. et quidem est evidens dari in deo affectus, qui precise sistunt in complacentia rei, quin ultra progrediantur, nam quum deus videt hominem iustum gaudet in tali obiecto. quin ea complacentia pertinens ad gaudium, tendat ad comunicandam existentiam iusticiae illius hominis. non quod est verum omnem affectum voluntatis tendere ad comunicandam existentiam obiecto volito.

Probatur 2°: ea bonitas quae sufficiens est terminare affectum voluntatis, intensivum efficacem, aut inefficacem potest etiam terminare simplicem complacentiam eiusdem voluntatis; quae enim repugnantia est in eo quod placeat bonum quod intendit; atqui creatura possibilis potest terminare affectum divinae voluntatis intensivum, efficaciter, aut inefficaciter; quia creatura possibilis potest terminare complacentiam divinae voluntatis. discursus est manifestus; unde si deus intendit efficaciter aut inefficaciter existentiam aliquarum creaturarum ex possibilibus, antecedenter sibi placuit earum bonitas, et consequenter, non repugnat, quod simplex complacentia divinae voluntatis terminetur ad creaturas possibiles, quodque pro eo priori, antequam decernit efficaciter aut inefficaciter earum existentiam in earum bonitate complacuit.

Confirmatur. omne bonum, dignum aliqua intentione quando abest, potest etiam secundum se amari per simplicem complacentiam voluntatis: sed creatura possibilis est obiectum dignum aliqua intentione dei, sive efficaci sive inefficaci, dum abest, ergo creatura possibilis potest secundum se amari per simplicem

complacentiam divinae voluntatis, maiorem experientia ipsa in nobis demonstrat; nam morose delectamur in obto dum se, quin optemus illius existentiam, quando possumus in illud tendere per intentionem aliquam optantem eius existentiam, idem ergo in voluntate divina dicendum est. quia potentia quae potest attingere bonum aliquo affectu intentive, potest etiam illud attingere simplici complacentia, si non detur repugnantia ex parte talis boni, aut ex parte potentiae.

Probatur 2o. omnifactus, qui nullam dicit imperfectionem, non repugnat voluntati divinae. sed simplex complacentia quia possibilia quae nunquam producenda sunt, nullam dicit imperfectionem: ergo simplex complacentia quia possibilia non repugnat voluntati divinae. ma est certissima quum actus nullam dicens imperfectionem sit perfectio simpliciter simplex, et consequenter deo digna. minor probatur. tum ex eo, quod nil afferatur ab adversariis ostendens eiusmodi complacentiam dicere imperfectionem; tum ex eo, quod est perfectio nostri amoris, quae habeat eam virtutem, abstractionem, et independentiam a rerum existentia, et consequenter, quae per simplicem complacentiam multa placeant, quae possimus efficaciter producere, sed notamus.

Caput 3 Enervantur opposita difficultates

prima difficultas est, in eo statu, in quo creaturae sunt nil, non sunt bonae, sed in statu possibilitatis sunt nihil: ergo in eo statu, non sunt bonae, ma: probatur, quia bonitas sequitur esse creaturarum: ergo pro eo statu, pro quo sunt nihil, sive expertes omnis esse, non bonae sunt, mi: deinde probatur. quia creaturae non habent esse, nisi transeant ad statum existentiae; ergo in statu possibilitatis praecise attentae, sunt nihil, quia non dum traductae sunt ad statum existentiae, consequentia deinde eiusdem sillmi legitime infertur. ex quibus deducitur dei complacentiam non posse terminari ad creaturas possibiles, quae neque habent

perfectione, neq; esse, neq; bonitate pro eo statu, et prosequenter neq; amabilitate sufficiente.

Confirmatur 1°. solus deus est essenter bonus; et creaturae non habent inhibitam bonitatem in essentia sua, sed creatura possibilis sumitur solum secundum suam essentiam et non secundum existentiam: ergo non dicit bonitatem, et prosequenter nec amabilitatem. Confirmatur 2°. implicat quod creaturae magis, et proprie, sint bonum, quam quod sint aliquid, sed creaturae possibiles non sunt aliquid, nisi cum hac restrictione possibiliter: ergo neq sunt aliquid bonum, nisi cum hac restrictione possibiliter. Unde fit, quod sicut prior restrictio denotat posse solum esse entia non vero actualiter quod sint entia: ita posterior restrictio denotabit, quod possint esse bonae, non autem quod actualiter bonae sint; et prosequenter non habent actualiter amabilitatem sufficientem, ratione cuius sint actuale obiectum divinae complacentiae.

Huic argumento ita fidunt aliqui, ut existiment neq. cognitione posse ferri, nisi in res existentes, et ideo nescio quas species expressas ponunt, quae terminent actu cognitionem rerum non existentium, et eodem modo de amore voluntatis philosophantur. Nos autem constanter asserimus et cognitionem, et amorem posse ad res non existentes terminari. Unde ad argu: Respondetur distinguendo ma: in eo statu in quo creaturae possibiles sunt nihil phisice, et entitative, et exercite non sunt bonae phisice, entitative, et exercite, concedo ma: in eo statu, in quo creaturae possibiles sunt nihil phisice, entitative, et exercite non vero obiective, intentionaliter, et repraesentative, non sunt bonae, obiective, intentionaliter, et repraesentative; nego ma:

quamvis ergo creaturae possibiles, ante quam ab statu existentiae traducantur, non habeant bonitatem entitativam phisicam, et actualiter exercitam, habent tamen bonitatem obiectivam, intentionalem, et repraesentativam, ratione cuius possunt terminare divinam complacentiam. ad primam confirmationem asserimus solum deum, dici essenter bonum, quia solus habet bonitatem a se, et in participata; hoc tamen non tollere, quod creaturae etiam habeant suam bonitatem quamvis a deo participatam

et dependentem, quam repraesentat ~~divina Ens~~ divina mens quoties cumq; concipit Creaturam, potentem existere, et consequenter ad illam posse terminari divinum amorem.

ad 2am confirmationem respondemus Creaturam in eo sensu esse, aut non esse aliquid, in quo est, aut non est bona; Creaturae possibiles non sunt aliquid phisice, entitative, et exercite; et hoc modo, neq; sunt bonae, phisice, entitative, et exercite. Creaturae vero possibiles sunt aliquid, obiective, intentionaliter, et repraesentative in mente divina; et hoc modo sunt bonae, obiective, intentionaliter, et repraesentative.

2a difficultas est;

nam ex communi mente philosophorum, et theologorum amare est velle alicui bonum; atqui deus, nullum bonum vult Creaturis possibilibus: ergo non amat Creaturas possibiles. maior supponitur, et probatur minor; in unaquaq. re existentia est 1m omnium aliorum bonorum fundamentum; sed deus neq; existentiam, neq; aliud bonum existentiae superadditum vult Creaturis, pure possibilibus: ergo deus, nullum bonum vult Creaturis pure possibilibus; et consequenter eas non amat, quia non vult eis aliquod bonum, in quo consistit formalissima amandi ratio.

confirmatur 1o; quia inter amorem divinum et Creatum hoc intercedit discrimen, quod divinus dat bonitatem quam amat: Creatus vero eam supponit; atqui amor divinus nil dat Creaturis pure possibilibus, sed eas relinquit in statu sui nihili: ergo non amat illas. confirmatur 2o. deus efficaciter decernit non existere Creaturas pure possibiles: ergo quia existentia ~~cuius~~ uniuscuiusq. rei sit primarium, et fundamentale bonum ipsius, cui caetera superveniunt, deus efficaciter voluntate sua impediens Creaturis pure

possibilibus omne bonum, non potest eas amare sed odisse

Rpturi ad argu: distinguendo ma: amare practice, et speculative, sive solicitative, est velle alicui bonum concedo ma: amare pure speculative nego ma: itaque illa pulchritudo, cuius existia, neque in re exercetur neque ut exercenda procuratur, sed intra puram speculationem posita est, placet quidem affectu solum placendi, non vero affectu eam procurandi. potest responderi 2° distinguendo alio modo illam eamdem ma: amare est velle alicui bonum, quando amor est respectivus concedo ma: quando est absolutus nego ma: quando ex complacentia circa finem cui amamus finem qui per amorem respectivum, tunc vere volumus alicui bonum.

ad 1am confirmationem Rptur discrimen inter amorem divinum, et creatum in eo consistere quod divinus amor, semper coniungatur cum vi ponendi obtum extra causas, et cum executione reali illius si predictus amor sit efficax. amor vero creatus neque coniungatur semper cum virtute ponendi obtum extra causas, et quamvis sit efficax nil deest nil deest nil deest nil deest

et quamvis sit efficax impeditur saepe saepius ex defectu potestatis. hoc tamen non tollit, quod Deus habeat circa creaturas pure possibiles, affectum simplicem, et inefficacem, per quem deo placeat ipsarum bonitas, nec tamen a deo producatur.

ad 2da ſpiratio. Dñtur Bene ſtare, quod Deus efficaciter
velit nō Exiſtia Creaturarum poſſibilium propter altiſſi-
mos ſua Prouidentiæ fines, Am Complacentia circa illa-
rum bonitatem, et Exiſtia poſſibilem: a difficultate ſ. ſeptur
ex doctrina modo tradita no eſſe Deo omnino voluntaria
nō Exiſtia Creaturarū poſſibiliū: nam qui decernit aliquid
Obtum, ſimul Ac aliquo affectu ad oppoſitu inuoluntarie
ſaltem Ac quid, ponit illud Obtū, ſi mercator proji-
cit merces in mare propter periculū imminēs naufra-
gij inuoluntarie projicit, propter affectu retinendi quæ
ſimul habet repugnantia affectui projiciendi. atqui Deus
vita decernit nō Exiſtia Creaturarū ſuæ poſſibiliū, et
ſimul habeat aliquē affectu circa ipſas: ergo Deus de-
cernendi nō Exiſtia Creaturarū poſſibiliū Erit aliquo modo
inuoluntaria ea nō Exiſtia Creaturarū poſſibiliū.

Dñtur 2° nō eſſe inde
ex, admittere in Deo aliquā Operationem, inuoluntariā
Deū quid nā ipſe, quantū ē ex ſe neminem velit peccare
ſit tamen ſi cogitet ad damnationē et dolorē, de quibus
vindicta ſumit, ſi cruciatus, inuita illum ſaluat. l. 1°.
Deus decernat de Iniuria mea. Dñtur 2°, quod ſi
Complacentia in Creaturis poſſibilibus ſit libera, poterit Deus
quando libere decernit non Exiſtia Creaturarū, libere ſuſpē-
dere omnimodā Complacentiā: et ſic nulla dabitur inuoluntarie
alia Deū quid. Dñtur 3°. quod ſi omnimodā Complacentia, ſit natu-
raliter ſubſequens Decretū Dei de non poſſa ipſa inuoluntarietate Deus
nō Exiſtia Creaturarū poſſibiliū, q. ſimplex illa voluntas
ſua Complacentia nō tendat neq; efficaciter, neq; inef-
caciter, ad Communicanda Exiſtia Creaturis, cuius poſſibili-
bus, et ſeqatur omnis affectus alteri nō repugnans. Dñtur 4°
Deū in quocunq; Euentu perfectiori modo ſe habiturum,
quā mercatorem naufragū, q. hic nullo modo poterit

Euadere periculum tempestatis cogentis ad proiectionem mercium: deus autem facile potest vitare quamcumque coactionem vel involuntarietatem. Omitto difficultates alias, quae ex doctrina data euanescunt.

Caput 4.m

An deus possit amare malitiam formalem peccati ut possibilem.

Statuimus iam deum posse amare creaturas possibiles nullam involuentes ~~pulchritudinem~~ turpitudinem aut malitiam moralem. Modo discutiemus, an deus possit amare creaturas possibiles involuentes moralem malitiam, siue an deus possit amare creaturas possibiles involuentes moralem malitiam; siue an deus possit amare formalem malitiam peccati possibilem. Et hanc tractamus difficultatem iuxta nostra principia quae docent deum non praedeterminare physice creatam voluntatem in ordine ad materiale, quia reputamus absurdum, deum efficaciter velle existentiam actionis peccaminosae etiam secundum materialem illius entitatem.

reperiuntur aliqua praedicata denominantia extrinsece peccatum, v. g. potestas diuina permissiua eius malitiae, repraesentatio diuina non inueniens contradictionem in praedicatis intrinsecis eius malitiae, potestas diuina remissiua, et condonatiua illius, et alia huiusmodi. reperiuntur alia, quae se tenent intrinsece ex parte ipsius peccati, siue malitiae moralis, et quae illam intrinsece constituunt. nam certum est, illud esse obiectiuum, quod concipit intellectus, quando cognoscit malitiam formalem peccati, possibilem intrinsece constitui ex aliquibus praedicatis, quae ponerentur

in re, si illud esse obiectivum, et possibile, traduceretur de statu possibilitatis, ad statum existentiae.

assero 1°. deus amat praedicata illa extrinsece denominantia peccatum permissum, repraesentatum, condonatum, et remissum, et alia huiusmodi. ratio est, quia haec sunt praedicata divina, intrinsece se tenentia ex parte dei; sed deus amat omne praedicatum divinum, et intrinsece se tenens ex parte sui: ergo deus amat haec praedicata extrinsece denominantia peccatum. maior est certissima: quis enim dubitare potest, voluntatem permissivam, condonativam, et remissivam peccati, et alia praedicata huiusmodi esse aliquid divinum, et intrinsece se tenens ex parte dei, maior a nobis probata est, in superioribus, et consequentia legitime infertur.

Ex quo fit, peccatum, sub ratione permissibilis a deo, deo, tanquam a causa prima; et sub ratione remissibilis, et condonabilis ab ipsius misericordia, et sub ratione punibilis a sua iustitia, et sicut subest aliis rationibus, et huiusmodi formis, esse obiectum divinae complacentiae: nam quod peccatum ametur, prout subest his formis, et denominationibus. nihil aliud est, nisi quod deus amet suam voluntatem permissivam, remissivam, condonativam, et punitivam peccati; atqui deus potest amare, et revera amat suam voluntatem permissivam, remissivam, condonativam, et punitivam peccati. ergo etc.

assero 2° deo nullo prorsus modo potest placere malitia moralis formalis peccati secundum intrinsecam ipsius possibilitatem, sive secundum ipsius malitiae essentialia praedicata a quolibet alio praedistincta

probatur 1°. nam ex supposita sententia sequeretur creatura quatenus fralissime peccantem ponere in rerum natura obtum deo placens, sed hoc est absurdum: quia malitia moralis sui intrinseca sui possibilitate non est obtum deo placens. minor probata non est. quia malitia moralis actualiter existens sive peccatum actualiter positum extra causas, est obtum divinae displicentiae et destestationis.

nihil deest.

maior probatur, quia peccare, nil aliud est fralissime, nisi reddere existentem malitiam moralem, sed reddere existentem malitiam moralem est praestare, quod actualiter existat essa malitiae, quae erat obtum deo placens; quia creatura peccans fralissime quatenus peccans, ponit in rerum natura obtum deo placens. confirmatur ex nostris principijs, comuniter inter nostros Rr.res admissis. deus non potest complacere in obto scientiae visionis de peccato quia neque in obto scientiae simplicis intelligentiae de eodem peccato. consequentia probatur, quia idem est obtum scientiae visionis de peccato, ac obtum scientiae simplicis intelligentiae de eodem peccato. nam idem, quod modo est existens, et cognoscitur per scientiam visionis, fuit possibile, et fuit cognitum per scientiam simplicis intelligentiae.

Objicies 1°. si peccatum possibile possit terminare divinum odium posset etiam subtum, cui tale peccatum est possibile, terminare divinum odium; sed hoc non est dicendum: quia peccatum possibile non terminat divinum odium. consequentia legitime infertur, et minor est certa, quia peccata cuiusvis hominis etiam iustissimi, et sanctissimi, non repugnant essentialiter, et consequenter deus odio haberet hominem, iustissimum, et sanctissimum propter peccata

ipsorum essentiae, non repugnantia, et possibilia: Maior Probatur, quia peccatum existens, potest terminare divinum odium, potest creatura ratione peccati in ipsa existentis iddem odium terminare: quia similiter si peccatum possibile terminat divinum odium, posset etiam subtum, cui tale peccatum est possibile, divinum odium terminare.

Respondetur creaturam posse terminare divinum odium, ratione peccati in ipsa existentis, non praecise, quia peccatum existens potest terminare divinum odium, sed etiam, quia tale peccatum est, in statu apto, ut subtum, quod maculat, habeatur odio ratione ipsius. Peccatum vero pure possibile, quamvis habeat statum sufficientem ad hoc, ut ipsum displiceat, non tamen sufficientem ad hoc, ut ratione ipsius odio habeatur, subtum cui est possibile, ratio est, quia peccatum pure possibile a divina mente repraesentatum habet illud esse obtivum, sufficienter aversivum divinae voluntatis, et consequenter potest dicere voluntas, displicet mihi hoc obtum.

Caeterum seclusa omni existentia reali et exercita, quamvis habeat peccatum statum sufficientem ad praedictas displicentias excitandas: non tamen reddit creaturam actualiter maculatam, neque habentem actualem dignitatem ad aversionem actualem, et odium, et consequenter non potest actualiter terminare divinam indignationem, et odium: nam quod

nil dedit. nil dedit. nil dedit.

Quid non mortalia pectora cogit auri sacra fames

sit contaminabilis per peccatum, non est, quod actualiter nam quod creatura contaminetur

per peccatum; atq; adeo licet peccatum possibile, sit obtum divinae displicentiae, quia potest contaminare creatura, non est obtum displicentiae, quia non dum est contaminata;

Objicies 2°. peccatum in ratione permissi a deo includit, non solum ipsam permissionem activam, se tenentem ex parte dei, sed et etiam ipsum peccatum quod tanq. subtum eius denominationis denominatur permissum: igitur falso diximus peccatum, sub ratione permissibilis a deo esse obtum divinae complacentiae. et idem argumentum de aliis denominationibus ~~videri~~ potest fieri. = Respondetur illam reduplicationem iuxta frequentem Sumulistarum acceptionem cadere supra formam denominationis, non autem supra subtum denominatum.

Nos ergo asserimus peccatum sub ratione permissi, remissi, et sic de aliis, amari a voluntate divina, quia sumimus reduplicationes eas tanq. cadentes praecise supra formam. quod si insistas debere cadere tam supra formam denominantem, quam supra subtum denominationis, tunc facile dicemus permissionem ipsam activam, voluntatem remissivam, et condonativam, et sic de aliis posse esse obtum divinae complacentiae, non vero ipsum subtum, sive peccatum, quod ab eis formis denominatur permissum, remissum, condonatum, etc. quod quidem ex contextu nostrae doctrinae satis est manifestum.

Caput 5.m

Specialia quaedam argumenta dissolvuntur.

Objicies 3°. nullus potest odio habere, quod est omnino narium ad existentiam illius, quod vehementer amat; sed peccatum possibile est omnino narium ad plures perfectiones divinas, quas deus vehementer amat. igitur deus non potest odio habere peccatum possibile. consequentia est bona; et maior videtur certa; nam si deus amat existentiam suarum perfectionum,

videtur amare quodquod est nariu, ad illarum existiam. Minor
Probatur, quia peccatum possibile est nariu, ad scientiam simplicis
Intelligentiae, per quam deus cognoscit in peccato possibili
non inveniri aliquam repugnantiam, et contradictionem. Item
est nariu, ad potestatem divinam permissivam, condonativam,
et vendicativam peccatorum, sed haec sunt perfectiones divinae:
quod peccatum possibile est omnino nariu, ad plures perfectiones
divinas, quas deus vehementer amat.

Confirmatur, et amplius exp
licatur ratio praecedens, nam saltem virtualiter, et interpretative
amat peccatum possibile, qui amat obiectum essentialiter connexum cum peccato
possibili; sed perfectiones enumeratae sunt essentialiter connexae cum peccato
possibili, et amantur a deo: quia deus amat peccatum possibile,
cum quo haec perfectiones connectuntur. Discursus videtur inten
tum convincere, supposita connexione praedictarum perfectionum
cum peccato possibili. nam sicut intellectus propter connexionem
unius cum altero, ex cognitione unius determinatur ad cognoscen
dum alterum, ita voluntas determinabitur ad amandum alterum
propter connexionem unius cum altero, et quamvis haec connexio
non inducat positivum amorem peccati possibilis, saltem ind
ucet non odium peccati possibilis.

ad argumentum propositum
sunt plures, qui respondeant concedendo ma: et negando
mi: nam nulla res creata potest esse naria ad existiam per
fectionum divinarum, quia perfectiones divinae nulla habent
cum creaturis connexionem, quodque sunt ab illis prorsus indep
endentes, unde neque scientia, neque omnipotentia, neque aliae
perfectiones ad voluntatem spectantes exigunt possibilitatem
peccati, quia aeque bene se haberent, quoad illud esse
intrinsecum, et divinum, quod in deo habent, sive peccatum
esset possibile, sive impossibile. hanc doctrinam videmus
a nostris PP. Rbus frequenter defensari, et ea videtur arg

gumentum propositum sufficienter dissolui.

nos in praesenti no
lumus uti hac doctrina ad solutionem praesentis argumenti.
1°, quia potest argu: factum sic instari: deus amat scientiam
illam intuitivam, et ~~independenter~~ evidenter de peccatis Judaeo
rum, quam habebat Christus dominus essenter connexam cum
existentia eorum peccatorum: ergo amat peccata Judaeorum, quae naria
sunt ad existentiam eiusmodi scientiae, quodque omnis actus evi
dens, et scientificus creatus connectitur cum existentia sui obti:
Item potest sic instari; deus amat actum fidei supernaturalis
de possibilitate, et existentia peccati, et consequenter deus amans
eiusmodi actum nario amat quodque est narium ad existentiam illius;
2°, quia etiam data connexione perfectionum divinarum cum possi
bilitate peccati, existimamus congruentem solutionem argumento
exhiberi, unde non est opus doctrinam evolvere, quae in hac
solutione tangitur, utpote, quae est propria alterius In-
stituti, Respondetur ergo ad argu: distingdo ma: nullus potest adhi
bere, quod narium est ad existentiam illius, quod vehementi amat
odio impedienti illud sub ea ratione, sub qua est narium ad
existentiam illius quod ita amat, concedo ma: odio non impedienti
illud ea ratione sub qua est narium nego ma: ratio distin
tionis, quia amor etiam vehementissimus de existentia tamen cogit
non impedire quae naria sunt ad existentiam illius, quod amat;
cum quo stat, quod voluntas concipiat odium, circa ea, quae
sunt naria, si sint odibilia, dumodo odium non obstet, quominus
ipsa dentur, ut sunt naria ad existentiam rei amatae. ad confirma
Respondetur, negdo ma: potest etiam stare, quod deus amet
suas perfectiones quantumvis essenter connexas cum peccato
possibili, quum neque formaliter, neque virtualiter, aut interpre
tative amet peccatum possibile, sicut nos possumus amare
contritionem essenter connexam cum existentia peccati praeteriti
quin ullo modo amemus existentiam peccati praeteriti, neque quoad
hoc

datur paritas inter intellectum, et voluntatem, quae eam habent connexionem, habent vitam, et cognoscibilitatem dependentem, non vero habent amabilitatem dependentem, atqui licet cognito extremo connexo debeat aliud cognosci, non tamen amato extremo connexo debet aliud amari. Haec solutio melius intelligitur si notetur in praesenti solum esse sermonem de simplici complacentia voluntatis, non de desiderio, aut amore intrinseco, unde si verum est, omne desiderium, aut amorem entitativum alicuius rei ferri ad omnia, sine quibus ea res, non potest esse; non tamen id verum est, de simplici complacentia voluntatis quae hunc liberiorem tendendi modum habet, quam affectus intentivus quodcumque.

quam affectus intentivus; quodcumque potest eligere unum obtum, non electo alio, quamvis inter obta detur naria, at intrinseca connexio. dixi si forte verum est, quia judico affectum etiam efficaciter intentivum posse dari, quamvis non terminetur ad omnia ea, sine quibus res, non potest esse. sic deus intendit efficaciter poenitentiam, quin tamen aliquomodo intendat existiam peccati, sine qua non potest esse poenitentia.

Objicies 4°. nullus potest serio velle quod non detur id, quod videt omnimoda necessitate dari; sed deus videt omnimoda necessitate dari peccatum; in ratione possibilis; ergo non potest deus serio velle, quod non detur peccatum possibile, et consequenter ad illud, non potest divinum odium terminari. = Confirmatur, at magis explicatur: deus non potest concipere odium essenter frustrandum, quia est essenter volitio de non esse rei, quae non potest non esse, quodcumque peccatum in ratione possibilis, non potest non esse: ergo deus non potest concipere odium, circa peccatum possibile.

Respondetur ad argumentum ex doctrina data, distingo ma: nullus potest serio velle, quod non detur id, quod videt omnimoda necessitate dari voluntate impediente illud sub ea ratione, sub qua videt omnimoda necessitate dari, concedo ma: voluntate non impediente illud sub ea ratione sub qua videt omnimoda necessitate dari. nego ma:

distinctio facile ex dictis intelligitur, itaq. deus per simplicem quandam displicentiam vult non dari illam intrinsecam possibilitatem peccati, quae tamen non destruat illam non repugnantiam, et possibilitatem intrinsecam; unde per hanc fugam, et aversionem, quae in hac displicentia datur, deus vellet non dari peccatum, non tamen impedit dari peccatum possibile, quod videt nario dari, in ratione possibilis. simplex enim haec displicentia vult non dari peccatum possibile, non alia ratione, nisi quatenus ab eo fugit, et avertitur, qui efficaciter, aut inefficaciter intendat illam destructionem.

ad confirma: Respondetur concedendo ma: at negando mi:: ~~[illegible]~~ odium enim hoc peccati possibilis, quod nil aliud est, quam displicentia voluntatis, per quam deus avertitur ab illo obto, non est frustrabile. nam haec displicentia non tendit ad reddendum impossibile peccatum, quod alias est possibile. sicut enim simplex complacentia voluntatis non tendit aliquo modo ad communicandam existentiam rei volitae, ut in superioribus diximus, ita simplex haec displicentia voluntatis in peccato possibili non tendit ad ~~communicandam~~ destruendam aliquo modo intrinsecam peccati possibilitatem, et consequenter nullo modo est frustrabilis.

Disputa: 2.a

an haec complacentia in creaturis possibilibus sit libera, an naria;

Caput 1.m

duplex sententia proponitur, et sententia affirmans eam complacentiam esse nariam examinatur.

Complacentiam, in creaturis possibilibus esse nariam, defendunt ex scotistis Rada, Smisik, et Montepilosa, ex nostris pa: Vasquez, Arrabal, Fassolus, Herisse, Montoya, Gracchacinto, Alarcon, Hemelman et alii. ex aliis, Henricus, Seo, Dionisius, Cartusianus, Aureolus, Caetanus,

vassolis, argentinas, aberssa, hos omnes, et alios citatos invenies apud Ribadeneira tractatu de voluntate dei, disp. 15, cap. 1º & ergo hæc sentencia comunissima, inter nostros, et alienos scriptores.

quum complacentiam esse liberam tuentur Thomistæ, varies, Sumel, Navarrete, machin, Gone, et alij. Item Alexander, Ricardus, et alij, Felix, disp. cultate 4. nu. 2º qui pro hac sentencia adducit scotum quamvis etiam afferatur pro contraria, ex nostris propugnat huius sentenciæ libertatem Pa. Valentia et videtur favere sua in metaphisica, disp. 30ª sect. 16, eandem amplectuntur opinionem plures, et ingeniosi RR.res. unde videtur hæc sentencia muniri, tam frequenter doctorum suffragia, ac doctrina.

Expendamus modo rationem, qua sentencia affirmans eam complacentiam esse naturam fulcitur. Probatur 1º, deus nario & summum bonum: ergo narius & deo omnis gradus bonitatis, qui nullam omnino dicit imperfectionem, hoc entimema & evidens, nam summum bonum, in eo genere, quo late & ~~summum bonum~~, includit omnem eius generis perfectionem, non dicentem imperfectionem. Unde summa bonitas, nario includit omnem gradum bonitatis nariæ non claudentem imperfectionem: atqui complacentia dei in quovis bono non includenti malitiam, moralem, & aliquis bonitatis gradus nullam dicens imperfectionem: ergo ea complacentia & deo naria.

Mi: subiuncta probatur, quoad 1ª partem, nimirum eam complacentiam esse aliquem bonitatis gradum, qui, si non esset bonum, complacere in bono, quod erit bonum, sicut non & malum affective adhærere malo, et bonum ab ipso fugere, ita erit

bonū affective adhærere bono, at ipsū prosequi. Probatur deinde ~~atia~~ Eā Complacentiā nullā dicere imperfectionē, q.ª si aliquam diceret, neq. libere, neq. nario deo conveniret; an æque iā statutū ē disp. præcedenti Eam Complacentiā deo convenire præscindendo ab eo, quod conveniat libere, vt nario. go nullā dicit imperfectionē.

Restat probare consequtiā, in mirū bonitatē huius Complacentiæ esse perfectionē deo nariā, de ratione rectissimæ, at sumæ bonæ voluntatis ē, vnicuiq. go obto Jus suū tribuere in ordine ad affectus; vnde q.ª sicut nario deo convenit rectissima, at sumē bona voluntas ē magna perfectio illus nō posse se continere, quo minus infinitā bonitatē, infinito, at sumo amore amet; ita magna perfectio erit, quo minus obto creato iuxta suā dignitatē affective adhæreat, at consequter quod impendat, aliqualem amorem, simplicis complacentiæ creaturis participantibus aliqualiter sumam at infinitā dei bonitatē; ita novissime vrget P.ᵗʳ Ribadeneira postquā omniū aliorū qui propugnant huius complacentiæ necessitatē rationes meditatus ē.

nō multū vrget argu. propositū nā sicut in eo comendatur excellentia sumæ, at divinæ bonitatis petentis secum identificare omnē bonitatis gradū, ita debebat in eo comendari excellentia sumæ, at infinitæ dei libertatis ratione cuius deus habet sumā indifferā ad amandū, at nō amandū. Responderi go potest deo nario convenire omnē bonitatis gradū sibi absolute nariū at indefectibilē, nō vero sibi nario convenire omnē bonitatis gradū sibi liberū, at a sua libera voluntate dependentē. Complacentia go in creaturis possibilibus ē q.dē bonitas deo libera, q.ª sicut voluntas rectissime, at sumē bona nō potest se continere circa obtū infinitū, at sumē bonū, ita potest se continere circa obtū finitū, at nō sumē bonū.

Probatur 2º, deus habet infinitā inclinationem

in Creaturas, nā ut ꝯtus Dionisius loquitur, bonū ꝯ diffusiuū et Comunicatiuū sui, et ꝯsequenter sumū bonū erit sumē Comunicatiuū sui, ex quo alij sancti patres frequenter prædicant Deum habere infinitā Inclinationē ad bene faciendū; Deus g° nario Complacet in Creaturis possibilibus, neque hoc Argu: multum Arguet, q.ª responderi potest nō bene inferri ex eo, quod Deus sit sumū bonū, quod se Comunicet nario per specialem Complacentiā Creaturis possibilibus, q.ª sufficit, quod se Comunicet per Complacentiā omnino liberā, sicut nō bene Infertur ex eo quod sit bonū sumē diffusiuū et Comunicatiuū sui, quod se Comunicet nario per amorē Efficacē, et sancti patres possunt ꝯgruenter exponi de Comunicatione et diffusione sui in actu 1.° probatur 3.° amor Complacentiæ narius q.ª Creaturas possibiles, nō ꝯ incompatibilis cū libertate Diuina. q.ª adstruendus ꝯ in Deo; ꝯsequentia patet, q.ª si propter aliquā rationē, ip amor narius nō esset adstruendus in Deo, maxime q.ª obstaret sumā perfectio diuinæ libertatis. ant. probatur, q.ª licet hic amor sit narius, seruat tamen Deus dominiū perfectissimū supra Creaturas, q.doq.dē potest eas producere, et nō producere. quamuis nario in illis Complaceat, optime g° Componitur Excellentia diuinæ libertatis cū necessitate huius Complacentiæ, et ꝯsequenter nō ꝯ ratio q.re dicamus eā Complacentiā, nō esse nariā, neq; hoc Argumentū habet maiorē Efficacitatē, q.ª responderi potest, saluari q.dē libertatē et dominiū Dei supra productionē, aut nō productionē Creaturarū, nō tamen saluari Dei libertatē, et dominiū in suos proprios actus.

Caput 2.m

Capt. 2m.

Amplius eadem sententia discutitur.

Probatur 4o. Complacentia simplex in Creaturis possibilibus, non potest excludi per contrariam displicentiam: quod in deo omnino varia, consequentia legitime infertur, et ant. probatur, quia perfectio simplicis complacentiae, si abesset a deo, debebat recompensari per aliam perfectionem aequalem, quasi contrariam, sicut decretum absolutum, et efficax producendi angelum si abesset absolute, deberet recompensari per decretum aliud aequalis omnino perfectionis non producendi, ne dicamus deo posse absolute, et simpliciter aliquam deficere perfectionem, atqui in deo est impossibilis displicentia positiva in Creaturis possibilibus, quia in eis nihil relucet mali, quod possit esse obiectum displicentiae: ergo complacentia simplex in Creaturis possibilibus, non potest excludi per contrariam displicentiam.

neque hoc argumentum est maioris ponderis, quia licet demus impossibile esse in deo puram omissionem, ut contendit argu: (de quo modo non disputo). potest responderi simplicem complacentiam excludi, per quendam actum positivum, quo deus dicat, volo non complacere ~~ecc~~ ecce quo modo non recurrendo ad puram omissionem potest salvari quod simplex complacentia possit excludi, per actum contrarium, vel quasi contrarium aequalis perfectionis cum complacentia, quae excluditur, sicut voluntas absoluta, et efficax de producendo angelum, excluditur per aliam voluntatem absolutam, et efficacem, qua deus dicat

qua deus dicat volo nō placere, ubi notandū ē, hunc actū, volo nō complacere nō esse displicentiā positivam, et consequenter quamvis in deo sit impossibilis positiva displicentia in creaturis possibilibus, possibilis tamen nō ē nō complacentia.

Potest 2° Responderi posse deū positive displicere in creaturis possibilibus. Creaturæ quippe possibiles habent omnes eas imperfectiones defectibilitatis, mutabilitatis, et alias, quas actualiter haberent, si producerentur, et consequenter ea simplex complacentia posset excludi per positivā displicentiā, pro quo notandū ē, aliā esse displicentiā per actū odij, et detestationis, quilibet ē ea, quā deus concipit q^a peccatore; et alia ē displicentia per actū nolitionis, quamvis q^o deus nō concipiat q^a creaturas possibiles, nō involventes aliquam malitiā moralē, displicentiā fundatā in odio, et detestatione, potest tamen concipere aliā displicentiā nolitionis.

Probatur 1° deus nario amat comprehensive suā omnipotiā; q^r nario amat trū omnipotiæ, qui ē creatura possibilis; minoris momenti ē hoc argumentū, quā præcedentia, nā ex doctrina data, disputatione modo præterita, capite 1°. Responderi potest, amata comprehensive omnipotia, nō teneri deū ad amandū creaturā possibilē, cū qua omnipotia connectitur. sic dæmon amat suā substantiā, quā videt esse connexā cū deo, quin tamen amet deū, et quamvis intellectus ex cognitione comprehensiva omnipotiæ determinetur nario ad cognoscendā creaturā possibilē

nō tamen ex illius amore determinabitur nario voluntas ad amorem Creaturæ possibilis, q.a d diversa Conditio utriusq. facultatis.

Probatur 6.o Deus nario Complacet in Creaturis existentibus, ex suppositione quod existant, licet habeant eam bonitatē, ergo nario Complacebit in Creaturis possibilibus, ex suppositione, quod tales sint, licet habeant eandē bonitatē. Ant. Probatur, in homine iusto, in quo deus nario Complacet ex suppositione gratiæ sanctificantis in ipso existentis, et consequentia infertur a paritate, neq. huic argumento multū fido. 1.o q.a res existentes sunt absolute, et simpliciter, et in actu exercito bonæ, res autē possibiles, nō ita.

2.o q.a qui deside rauit efficaciter aliquod obtū, et id procurauit adhibita diligentia, nario gaudet in præsentia obti; quū ergo deus efficaciter procurauerit Creaturas, visis illis existentibus, nō potest nō in illis Complacere nō ex vi obti ex se, necessitantis ad hanc Complacentiā, pertinentē ad gaudiū, sed ex vi desiderij, et amoris efficacis provenientis. Probatur 7.o neq.t dari denominatio libera amandi quin possit esse aliqua varietas in ordine ad amandū, et nō amandū, ut d Eui deus ex ipso conceptu Libertatis, sed ex parte Creaturæ possibilis neq.t esse ulla varietas, quū possibilitas Creaturarū sit omnino naria, et immutabilis, neq. ex parte dei, quū deus magis præcipue, et essentialissime sit etiā immutabilis, gr Complacentia in Creaturis possibilibus, nō potest esse denominatio libera. nā extrema eodē modo se habentia

nequeunt variare denominatione, sed eodem prorsus modo retinebunt eandem denominationem, quam semel habuerant, et consequenter deus denominabitur nario volens creaturas possibiles, quia denominatio immutabilis nario est ea, hoc argumentum nullam aliam difficultatem habet, quam ea communem quae apparet in explicatione divinae libertatis. videat ergo adversarius, quomodo explicet libertatem divinorum actuum, quin recurrat ad mutationem aliquam extrinsecam in obiectis, et eodem modo explicet huius complacentiae libertatem. dum ergo non percurrimus huius immensae difficultatis campum. potest responderi satis probabile esse sententiam asserentem, velle dei libere non egere mutatione creaturae contingenti, sed adaequate constitui per aliquid intrinsecum, quod variari possit in denominando, unde quamvis creaturae possibiles nullam variationem subire possint, potest varietas saltem in divinis actibus excidere.

probatur 8°. opera Christi domini possibilia nario deo placent, habent enim infinitam bonitatem, et sanctitatem ex persona divini verbi derivatam ergo deus nario amat aliquam rem possibilem. non addit aliquod robur hoc argumentum. nam 1° responderi potest. opera Xpi domini nario non amari, quamvis significentur per increatam verbi sanctitatem, a qua denominantur quia deus solum nario rapitur ad amandum sanctitatem suam per essentiam habitam, non tamen ut est applicata per unionem creatam ad scandam aliquam rem creatam.

nam hic conceptus est concretum involvens aliquid creatum, et ex hac parte taliter contrahitur

ut nō ametur nario. recolenda sunt quæ a nostris RR.bus traduntur, dum in ma: de Incarna: disputatur, an humanitas Xpi domini reddatur infinite sancta per infinitā verbi sanctitatē, et quæ nos diximus in ma: de essa, et attributis, quando loquebamur de iuncto resultanti ex deo, et Creaturis, potest 2o responderi deū nario amantē, opera possibilia Xpi domini moveri ab infinita sanctitate, qua infinite sancta constituuntur; bonitas autē infinita, nō est mirū, quod nario rapiat in sui amorem dei voluntatē, nō autē potest id præstare bonitas finita operū possibiliū sui se,

Caput 3m.

Expeditur sentencia asserens eā complacentiā esse liberā.

modo in Examen adducemus rationes, qbus ab aliquibus probatur eā complacentiā esse liberā, ut decernamus qtū probabilitatis habet hæc sentencia. probatur 1o. qdo ratio nō urget ad ponēdū in deo amorē nariū, standū est pro libertate divina, sed nulla ratio urget ad asserendū in deo complacentiā qa Creaturas possibiles esse nariā quoad exercitiū: qr asserendū est eā complacentiā esse liberā. mi: ex solutione Argu: constare videtur, et ma: probatur, qa libertas in operando, ex genere suo perfectior est, quā necessitas, qa libertas est indiciū dominationis et spectat ad substancias nobiliores illis, ad quas spectat necessitas in operando.

Potest satis probabiliter huic Argumento responderi, concedendo ma: et negdo mi: datur. Enī ratio urgens ad asserendū in deo eā complacentiā qa Creaturas possibiles esse nariā, nam quū deus amet vehementissimo amore suā essā, et totā suā bonitatē, cogitur ad amandū qdqd est participatio, et particula infinitæ illius bonitatis. Creatura autē possibilis est qdē participatio

et quadam particula infinitae Dei bonitatis. et consequenter est determinatus ad impendendum illis aliqualem complacentiae amorem, unde libertas in operando, non semper est maior perfectio, quam necessitas.

Probatur 2°. bonum finitum, et limitatum non potest rapere nario Dei voluntatem in sui amorem, hoc enim est praerogativa, et excellentia infinitae bonitatis. et praeterea, quia omne bonum finitum abundat mille imperfectionibus quae removere possunt voluntatem ab amore. quia complacentia in creaturis possibilibus non potest esse nario. Praeterea potest bonum infinitum nario referre voluntatem ad vehementissimum sui amorem et bonum finitum ad amorem sui aliqualem, non quidem necessitando Dei voluntatem attenta praecise sua dignitate limitata, et suis meritis finitis, sed attenta hac dignitate et his meritis simul cum infinita rectitudine, et bonitate divinae voluntatis: divina autem bonitas ex propriis meritis praecise attenta, nario extorquet Dei amorem.

Probatur 3°. non minus est libera voluntas increata ad amandum bonum finitum, quam voluntas creata, sed voluntas creata potest non complacere in bono finito possibili sibi opposito. quia et voluntas increata. = potest responderi (quidquid sit de minori de qua nonnulli dubitant) maiorem esse falsam, nam in ea fit, comparatio libertatis, non dicentis imperfectionem qualis est divina, cum libertate dicente imperfectionem, qualis est creatura, sicut quo Deus non est liber ad concipiendam displicentiam aversivam contra virtutis actum, quamvis creatura rationalis possit eam displicentiam concipere, quia ea libertas non est virtus, et perfectio sed imperfectio et imbecillitas + potens ab bono deflectere. Ita Deus non est liber ut bonum non sit ipsi gratum, quamvis creatura rationalis habeat eam libertatem ex defectu summae rectitudinis.

Probatur 4°. si ponatur hac complacentia

naria miueretur dominiū diuinū, nā hoc pugnat cū necessitate, go nō ꝯ ponenda naria. = nō urget argu: q^a si ponamus complacentiā naria, nō destruitur dominiū dei perfectissimū, et praeterea saluatur sum̄a rectitudo diuinae voluntatis, nō destruitur perfectissimū dei dominiū, q^a adhuc posita ea complacentia naria, manet deus liber ad producendū, et nō producendū creaturas, in qua indifferentia, et libertate consistit dominiū perfectissimū, saluatur sum̄a rectitudo diuinae voluntatis, q^a impendit rebus amorē iuxta proportionē suae dignitatis, et iuxta mensurā suorū meritorū. ecce quomodo utraque perfectio componitur, si componamus eā complacentiam naria.

Probatur 5°. si complacentia in creaturis possibilibus esset naria, deus absolute et simpliciter nario produceret creaturas, sed hoc nō ꝯ dicendū, go ea complacentia nō ꝯ naria. ma: probatur, q^a haec complacentia cogit deū nario ad producendū creaturas, et aliunde ꝯ deo naria. q^r deus nario esset coactus ad producendū creaturas, et consequenter eas absolute et simpliciter nario produceret. = Praeterea potest omissis aliis solutionibus eā complacentiā nō tendere ad dandā esse rei, ut iā in superioribus notatū ꝯ, sed tantū specificatiue complacere in eis creaturis possibilibus. unde quamuis deus eā nario conciperet, nō esset necessitatus ad producendū creaturas.

Probatur 6°. ideo deus nō ꝯ necessitatus ad habendā voluntatē efficacē producendi creaturas, q^a habent bonitatē finitā et limitatā, quae nō potest nario extorquere voluntatē efficacem. q^r neq; poterunt creaturae extorquere complacentiā nariā ratione eiusdē bonitatis finitae, et limitatae. Probatur distinguo illud Ant. q^a habet finitā bonitatē, et limitatā, et q^a ea voluntas efficax nario

extorta esset contra perfectionem divinam concedo ant., praecise
quia habent bonitatem finitam, et limitatam secluso quocumque alio
nego ant., Itaque ex una parte debemus servare dei liber
tatem, in producendo, et ex alia summam rectitudinem divinae
voluntatis dantis unicuique quod suum est; si poneremus volun
tatem dei efficacem, naturam, non daretur libertas in producendo
si hanc relinquamus omnino liberam, et complacentiam
naturam, utrumque optime componitur.

Probatur 4.° deus, qui
est summe bonus, non necessitat ad amorem sui efficacem, neque
ad alium amorem, tendentem ad comunicandum sibi existentiam
nam quum ipse natura existat, non est capax huius amoris.
ergo si ad hanc etiam necessitat, creaturae possibiles necessi
tabunt ad amorem eiusmodi ordinis, ac si essent bonitates
infinitae; atqui hoc non est dicendum etc. ergo etc. Probetur.
deum, qui est summum bonum necessitare quidem ad amorem sui
efficacem, qui talis est in eo sensu, quem explicuimus controver
2a, disp. 2.a Ca: 3.° nullo tamen modo necessitare
ad amorem creaturarum possibilium efficacem, ut iam a nobis saepe
dictum est, et haec efficacitas amoris, quam deus habet, quae se
ipsum potest alio modo explicari iuxta aliorum discurrendi
modum, qui non conveniat amori creaturarum possibilium,
amor ergo ille, quem deus quae se habet, est talis naturae, ut si per
+ impossibile careret existentia, sibi illam daret ex vi illius, natura
etiam daret, quod non habet complacentia illa in crea
turis possibilibus. et consequenter deus et creatura, non necessitent
ad amorem eiusdem ordinis.

Caput 4.m

C. 4

nostra mens depromitur.

Quum utriusq. sententiae pondera accurate perpenderim, aequalem fere probabilitatem, in utraq. sententia extreme opposita invenio. adeo ut dubius, et anceps haeserim, an contentus. praecipua utriusq. partis argumenta solvendo auditoribus meis liberam opinionis facultatem. verum nec in hac quaestione a proposito meo deflecterim, et desiderio vitandi problematicas disputationes meum affectum inclino ad ad asserendum eam complacentiam esse naturam, in qua fundamentum aliquod rationis me urgeat, ut qua pro hac parte apparere videtur quoddam levissimum maioris probabilitatis vestigium.

Instauro ergo ~~1° loco~~ rationem ~~Cap.~~ 1° loco, Cap. 1° positam et probo eam complacentiam esse naturam; deus est necessitatus quoad speciem ergo creaturas possibiles, quae non sint malum culpae; ergo etiam est necessitatus quoad exercitium, ante admittunt omnes in praesenti materia; itaq. libertas quoad specificationem tunc addatur, quando voluntas potest amare, et odio habere; at quum deus non possit concipere odium, quod voco displicentiam aversivam ergo creaturas, quae non sint malum morale, deus non est liber ad hoc utrumq. extremum, et consequenter, est necessitatus quoad specificationem.

Ubi notandum, quod quamvis deus sit liber ad concipiendam complacentiam, et displicentiam, quam voco nolitionis ergo creaturas possibiles haec libertas

hæc libertas nō ē specificationē, quamvis versetur inter duos actus positivos. ratio ē 1º quia hæc ē libertas contradictionis, qua voluntas ē potens amare, et ē contra, et cum nō amore exerceatur, per actū positivū nolitionis præsertim si non sit possibilis pura omissio libera, hinc ē, quod ea sit pura libertas contradictionis.

notandū ē deinde hanc necessitatē quoad specificationē ratione cuius deus nō potest odisse vere, et proprie creaturas possibiles oriri, ex summa rectitudine divinæ voluntatis, nā rectissima voluntas nō potest odisse vere, et proprie id, quod odibile nō ē, creaturæ autē possibiles, quæ sunt participationes divinæ bonitatis, et dicendū esse æmulantur, vere, et proprie odibiles nō sunt. Odiū enim iuxta comunē usū patrū ē quædā voluntatis affectus quo volumus rei malū, quia malū illius ē, unde fit, quod qui alicui velimus malū, nō ex aversione quā habemus contra illud, sed ex eo, alio fine diverso, nō dicimur odisse illū.

sic quando volumus alicui damnū quia nō possumus aliter tueri quod iure possidemus, nō dicimur illū odisse proprie, et formaliter, neque Judex quando vult malefactorē esse, non contenus malū illius ē, sed ut suo muneri satisfaciat ad quod ē a Republica constitutus, nō dicitur, vere, proprie, et formaliter odisse malefactorem, ex quo etiā fit, quod quamvis deus velit creaturis pure possibilibus aliquod malū, vt nō existiā, quod, malū physicū ē, nō ex eo dicitur odio habere creaturas possibiles, quia non

q. nō illis infert illud malū, q.a malū, illarū ē, sed propter altissimos fines suæ providentiæ. maneat ergo deū esse necessitatū quoad specificationē q.a Creaturas possibiles. hoc ē, si aliquē actum q.a illas exercituras ē, nō posset esse odiū, et detestationem ratione rectitudinis suæ voluntatis.

His expositis probemus modo consequentiā illius prioris entimematis, nimirū deū necessitatū esse ad amorē, et complacentiā quoad exercitiū, sicut voluntas divina nō esset rectissima, si odio haberet Creaturas possibiles, q.a odibiles sunt, ita etiā nō esset rectissima, si nō amaret Creaturas possibiles, quæ amabiles sunt, p. ex eo, quod sit rectissima necessitatur ad nō odio habendū. q. ex eo quod sit rectissima, necessitatur ad amandū, confirmatur 1.o rectissima voluntas ex eo quod sit talis necessitatur ad tribuendū unicuiq. quod meretur; sed Creatura possibilis, quæ ē participatio divinæ bonitatis, nō solū meretur nō odiū sed etiā positivū amorē, q.a habet intrinsecā dignitatē ad amorem. q. necessitatur ad tribuendū illi amorē.

Confirm: 2.o nō ē simpliciter rectificatus aut in summa rectitudine constitutus qui potest actualiter amplecti bonū, nō tamen amplectitur, sicut nō ē simpliciter rectificatus, et in rectitudine Justiciæ constitutus qui potest actualiter servare jus alienū illæsū, nō tamen servat, p. deus ē necessitatus ad habendā cumulatissimā, et præstantissimā rectitudinem voluntatis. q. deo naturale, et nariū ē, actualiter amplecti bonū, atqui nō potest naturaliter et nario amplecti bonū, nisi naturaliter, et nario complaceat in Creatura possibili, quæ bona ē, ut participans divinitatē. q. deo naturale, et nariū ē complacere in Creatura possibili

probatur 2°. si ponamus hanc Complacentiam variam in deo, poni
mus deum necessitatum ad Complacendum in bono Creaturarum
possibilium, et liberum ad producendum, et non producendum Crea
turas possibiles, sed ex eo quod ponamus deum necessitatum ad
Complacendum in illo bono Creaturarum possibilium, et liberum ad
illas producendum et extra, nil ponimus deo indignum aut inde
corum, sed potius eius dignitatem, et excellentiam tueri videmur,
ergo asserendum est eam Complacentiam in Creaturis possibilibus
esse variam, nam quod voluntas sit necessitata ad bonum,
nullam videtur ex se imperfectionem aut indignitatem afferre
et praeterea quod sit hoc modo necessitata non destruit
aliam perfectionem, nimirum, quod possit producere aut non
producere bonum finitum, et limitatum.

Confirma: 1°. sicut esset imperfectus
divinus Intellectus, si non cognosceret actualiter omne verum varium
ita esset imperfecta voluntas, si non amaret actualiter omne
bonum varium; atqui possibilitas Creaturarum est bonum varium
ergo etc. Confirma: 2°. circa illud bonum quod est omnino Inva
riabile, varium, indefectibile, et independens a libertate di
vina, non est varium, quod deus exerceat Complacentiam liberam
etiamsi velis consulere summae libertati divinae, sed possibilitas Crea
turarum est bonum invariabile, varium, indefectibile, et independen
dens a libertate divina, ut est inter omnes constantissimum. ergo non
est varium, quod circa eam exerceat deus Complacentiam liberam.
asserendum ergo est eam Complacentiam esse variam.

Rogabis an iuxta hanc
nostram sententiam de Complacentia dei varia in Creaturis
possibilibus dicendum sit, quod etiam deus concipiat variam
displicentiam positivam circa easdem, et ratio dubitandi est
quia Creaturae habent quidem bonitatem ad quam varia illa
Complacentia potest terminari, habent etiam plurimas imperfectiones

et omnes illas quas traducerent ad statum existiae, si produce
rentur, ad quas potest displicentia positiva terminari: ergo simul
in deo nario resultarent complacentia, et displicentia positiva
ante responsionem, noto posse in voluntate creata eos actus
circa iddem obtum simul componi, sicut et in eodem intellectu
duplicem apprehensionem aliam de veritate obti, ex vi
cuius motivi, et aliam de falsitate eiusdem ex vi al
terius.

Quidquid tamen sit in creaturis possit aliquis
dicere in divina voluntate eos actus simul esse repugnan
tes ut insinuavimus cap. 2°. potest 2° responderi, utrum
omittendo hoc, et respondendo iuxta nostram mentem, et
doctorum, qui nobiscum sentiunt complacentiam in creaturis
possibilibus. assero deum positive displicere in creaturis possibilibus
nam ad concipiendam displicentiam positivam, necessum est, quod
in creaturis possibilibus reluceat aliquod malum positivum
et entitativum sed in creaturis possibilibus. v. g. Angelo,
possibili non relucet aliquod malum positivum, et entita
tivum, licet non habeat omne bonum, et ex hoc titulo sit imper
fectus. ergo circa creaturas possibiles deus non potest conci
pere displicentiam positivam.

Potest tamen deus concipere
displicentiam negativam quae consistit, in eo quod deo
possit placere non existentia creaturarum possibilium
et solum ad hanc displicentiam negativam excitare
potest bonitas

6 quaderno

potest tamen concipere displicentiam negativam, quae consistit in eo, quod Deo possit placere non existia Creaturarum possibilium, et solum ad hanc displicentiam negativam excitare potest bonitas limitata, et finita Creaturarum. nam quod bonitas Creaturarum sit finita, et limitata solum dicit, quod non possit movere ad amorem tam intensum, aut appretiativum, qualis est ille ad quem movet bonitas, infinita, et illimitata; sed bonitas infinita, et illimitata movet ad amorem incompatibilem cum nolitione existiae sui: ergo bonitas limitata et finita movet ad amorem compatibilem cum nolitione existiae sui. atqui nolitio existiae sui est displicentia negativa: ergo solum arguitur, ex eo, quod Creatura sit finita, et limitata quod Deus concipiat hanc displicentiam negativam, non vero aliam positivam.

Disputatio 2.a

an bonitas Creata possit esse obtum formale motivum divini amoris.

Caput 1.m

Doctorum sententiae referuntur;

quamvis difficultates in disputationibus praecedentibus agitatae, gravissimae sint, et a doctoribus accurate discussae, non minoris ponderis est, quam in praesenti enucleandam suscipimus in ea inquirimus, an divina voluntas habere possit bonitatem Creatam pro motivo, sive an divina voluntas ita possit amare bonitatem Creatam, ut amet eam, propter ipsam ratio dubitandi statim sese offert. nam Deus videtur omnia velle nario propter

semet ipsum, iuxta illud Prouerbiorum 16, omnia propter semet ipsum operatus est dominus; et consequenter Creaturae semper et necessario sunt obtum materiale; deus vero, et eius diuinae perfectiones, obtum formale motiuum diuini amoris.

omittendo varia de obto formali, et materiali, quae quotiescunque disputatio de obto formali, aut materiali occurrit ab Doctoribus circumferuntur, et quorum aliqua dedimus Controuersia 2a. disput: 1a. cap: 1o. at in materia de fide, ne faciamus Quaestionem de nomine, aduerto nos in praesenti accipere obtum formale motiuum pro ratione intentionali amandi. Ea autem ratio est bonitas illa, quae ab amante datur pro ratione sic tendendi ad tale obtum. Exemplum est, quando voluntas ita tendit, volo Pharmacum ad sanitatem conseruandam, si interrogetur, quare appetiuerit Pharmacum, recte satisfaciet, si dicat, eam rationem fuisse bonitatem, quae datur in conseruatione sanitatis, et consequenter conseruatio sanitatis erit obtum formale motiuum huius amoris.

Prima sentencia in difficultate praesenti tuetur, bonitatem Creatam non posse esse obtum formale motiuum diuini amoris, sed solum materiale, et pure terminatiuum, ut aliqui loquuntur. ita pter: molina, p: valentia, p: ruis de montoya, p: Granados, p: alarcon: p: Tanerus, p: Hemelman, et alij. Eandem opinionem sequuntur plures Thomistae, et Scotistae, ut refert p: Ribadeneira, tractatu de voluntate disp: 23 cap: 1o. hi doctores existimant valde imperfectum fore diuinum amorem, si haberet bonitatem Creatam, finitam, et limitatam pro obto sui, formali motiuo; et consequenter asserunt ru quorumcunque actuum diuinae voluntatis solam diuinam bonitatem posse esse obtum formale motiuum.

2a sententia &, bonitatem creatam posse esse ~~obtu~~ frale motivum divini affectus, ita magister albis. p: petrus hurtado p: Ripalda, p: oviedo, p: turrianus, p: Pterisse p: Arriaga, p: Gaspar Hurtado. p: alderette, ~~et~~ alij, quos refert idem Ribadeneira loco supra citato. multum favet huic opinioni Stus thomas libro 1o contra Gentes. Quaest. 86, clarius tamen favere videtur priori sententiae, 1a parte Quaest 19, arti: 2o unde hoc duplex opposita sententia angelicum magistrum pro se Patronum habere contendit. intendit go hoc sententia distinguibilem esse in deo cum fundamento in re quendam amoris actum, ita terminatum ad bonitatem creaturarum, ut in ipsa sistat, tanq; in obto formali motivo huius actus, et amoris.

divisi sunt Authores huius 2a sententiae, nam aliqui eorum existimant ita deum posse amare creaturas propter earum creatam bonitatem, ut propter solam eam bonitatem creatam possit eas amare, quin essa, aut quodlibet aliud praedicatum divinum sit obtum, frale motivum partiale huius amoris. alij judicant, quod quamvis deus possit amare creaturas propter ipsarum creatam bonitatem, variam tamen &, quod eas ~~habet~~ simul amet propter bonitatem divinam, ut non deprimatur perfectio actuum divinorum. horum omnium mentem, et doctrinam ea claritate, et perspicuitate, qua solet, expendit p: arriaga tomo 1o, tractatu de voluntate disp: 26, in qua de virtutibus dei moralibus disputat.

et quidem iure merito, dum de motivo creato divini amoris disputatur, de moralibus virtutibus etiam fit sermo, nam si ~~aut~~ deus possit habere bonitatem creatam pro obto frali motivo sui amoris, facile intelligitur, quomodo in ipso dentur vere, et proprie virtutes morales; etsi non possit habere bonitatem creatam pro obto frali motivo sui amoris difficile intelligitur, quomodo eas morales virtutes exerceat, quod virtus moralis habeat

Pro obto frali motivo honestatis Creatæ, quæ datur in Exer
citio unusquisq. specialis et distinctæ virtutis. Ex doctrina go
quæ in hoc puncto statuitur, deciditur difficultas de virtu
tibus Dei moralibus, et nos etiam eam decidemus.

Caput 2m.

Nostrum placitum circa præsentem diffi.

asserendum nobis est, posse actum divini amoris ita terminari ad crea
tam bonitatem, ut habeat eam pro obto frali motivo, adæquato. ad
eum modum, quo in divina scientia distinguibilis est actus, qui
feratur in veritatem creatam propter ipsam. nam quod est voluntati
bonitas, est intellectui veritas, et nulla ratio potest tollere bo
nitati creatæ rationem formalem obtivam divinæ voluntatis,
quæ pariter non tollat veritati creatæ rationem formalem
divini intellectus. Unde sicut intellectus potest attingere creatam
veritatem ita ut, hæc sit obtum frale motivum illius actus, ita
voluntas potest attingere creatam bonitatem, ita ut hæc sit obtum
formale motivum illius amoris.

Probatur 1o. Creaturæ possibiles sunt
terminus ordinis divini et respectus transcendentalis omnipotentiæ,
quæ non respicit creaturas, ut producibiles propter aliquid in
creatum, quod sit terminus per omnipotentiam producibilis, sed
fraliter propter ipsam entitatem in re ipsa non repugnantem:
ergo similiter potest bonitas creaturarum esse trus, sive ratio
obtiva movens divinam voluntatem. ant. est certum, et consequentia patet
a paritate. nam tam divina perfectio est omnipotentia, quam
voluntas, neq. potest urgere, quod ita divina voluntas spe
cificaretur a bonitate creata, quæ tam specificatur potentia
productiva a termino producibili, quam principium amans a
termino amabili.

Probatur 2o, et principaliter: Creaturæ sunt
diligibiles propter se: ergo divina voluntas illas diligit propter
se; ant. probatur: quia creaturæ, prout distinctæ a
Deo, habent immediate, et fraliter bonitatem; sed bonitas

s diligibilis propter se. q.d. Creaturæ, prout condistinctæ a deo, sunt dilligibiles propter se. atqui voluntas divina potest dilligere Creaturas omni modo, quo sunt ipsæ dilligibiles, dummodo secludamus imperfectionem: at dilligere Creaturas propter se nullam imperfectionem præ se fert, ut constabit ex solutione Argumentorum; q.d. Creaturæ sunt propter se dilligibiles a voluntate divina, esse autem propter se dilligibile est esse obtum frale motivum divinæ voluntatis; potest q.o bonitas Creata esse obtum, frale motivum divinæ voluntatis.

Probatur 3.o Deus amat alias Creaturas propter alias: q.d. bonitas Creata est obtum, et motivum frale divinæ voluntatis, ant. probatur nam Deus Creavit hunc mundum propter hominem; et propter electos dicitur Mathæi 24.o breviando sese illos dies ultimos et suavi, et efficaci providentia disponit, ut alia subsequiant alij: dat media prædestinatis, et auxilia efficatia.

nisi dogi.

Et auxilia efficacia ad consequendam beatitudinem supernaturalem. Deus q.o ita amat Creaturas, ut propter intrinsecam bonitatem eas amet, et alij propter alias benefaciat. atqui hoc est habere bonitatem Creatam pro obto frali motivo sui amoris: q.d. etc.

Probatur 4.o: in eo, quod Deus amet bonitatem Creatam, q.a est participatio divinæ illius et excellentissimæ bonitatis, nulla affertur indecentia deo indigna sicut neq. in eo, quod ametur honestas virtutum, quatenus habet decentiam, et consonantiam cum natura rationali, sed in hoc, quod ametur bonitas Creata, q.a est participatio divinæ illius, et excellentissimæ bonitatis, et in eo quod amentur honestates virtutum propter decentiam et consonantiam, quam habent cum natura rationali, affertur, quod bonitas, et honestas Creata sit obtum

formale illius amoris; quia aliquid creatum potest esse obtum formale amoris deo non indigni, utpote non afferentis aliquam imperfectionem.

Ex quibus manifeste colligitur existere, in divina voluntate virtutes morales, et amicitiam, liberalitatem, justiciam, misericordiam, et alias. nam si semel statuatur deum posse habere bonitatem creatam, pro obto formali motivo sui amoris, nulla est difficultas in admittendis in deo virtutibus moralibus, amicitia enim respicit amici bonitatem, qua talis est; liberalitas, honestatem illam specialem, quae in benefaciendo relucet, justicia honestatem, quae est reddendo unicuique quod suum est, et sic de aliis. et quidem deum habere veram, et perfectam amicitiam cum iustis statuimus cum comuni Theologorum in materia de gratia justificanti; et videtur id expresse declarari in pluribus scripturae testimoniis Psalmo 138. dicitur nimis honorati sunt amici tui deus, Joannis 15. vos amici mei estis, et infra: vos autem dixi amicos. omitto alia;

Caput 3.m

Adversariorum varij discurrendi modi, refutantur.

dicunt 1.o adversarij esse quidem in deo vere et proprie virtutes morales quidem rationes formales, non quidem creatas sed divinas, nam sicut misericordia divina est regula misericordiae creatae, et justicia creata est regula justiciae creatae, ita quoque obtum formale misericordiae divinae, est regula obti formalis misericordiae creatae, et obtum justiciae divinae est regula obti formalis justiciae creatae, atqui haec obta sunt eadem bonitas dei, ut est regula, et mensura honestatis creatae, quae est in obto formali virtutis, moralis creatae: quia virtutes morales in deo non respiciunt tanquam obtum frale mo

tivum aliquid creatum, sed increatum.

Justicia quippe divina, respicit bonitatem divinam, non, ut cum, sed ut est regula ut mensura honestatis, quae reperitur in obto justiciae creatae; at actus misericordiae divinae respicit bonitatem divinam, ut regulam, at mensuram honestatis, misericordiae creatae, et sic de aliis virtutibus. neque virtus perdit rationem virtutis ex eo quod a bonitate divina, at non a creata moveatur, quia potius nobilitatur, quam destruitur. Unde bene componitur, at quod dentur in deo virtutes morales, sunt rationes formales virtutum, at nullum esse actum divinae voluntatis non habentem bonitatem divinam pro obto formali motivo.

Sed contra est 1°. quia in eo moralis virtus distinguitur a theologicis, quod theologicae habent pro obto formali motivo aliquid divinum; morales vero aliquid creatum; unde si virtutes in deo semper habent pro obto formali motivo aliquid divinum, nunquam erunt virtutes morales. secundo, quia deus exequitur actiones virtutum propter bonitatem divinam, ut relucentem in actionibus creatis; sed bonitas divina, ut relucens in actionibus creatis, dicit formalissime creatam honestatem earum actionum; quia deus exequitur eas actiones propter earum creatam honestatem. 3° quia velle actionem honestam, propter bonitatem divinam, ut est regula, at mensura talis actionis, est velle illam propter conformitatem, quam habet cum dictamine divino; sed in hoc involvitur honestas creata: quia etc.

Respondent 2°. ex conceptu amicitiae non deduci deum habere bonitatem creatam pro obto formali motivo sui amoris. nam non est contra rationem amicitiae, si amicus ametur propter alium, dummodo ille alius sit ultimus finis ad quem amicus ordinatur

Ex natura sua; tunc enim amicus amatur, prout debet amari, atqui amicitia destrui non potest, quando amicus amatur prout debet amari. ergo amicitia non destruitur, quamvis iustus ametur propter deum, quia quum deus sit finis ultimus illius, non sit contra amicitiam quando amatur propter deum, quia tunc amatur prout debet amari.

Contra 3, quia iuxta hanc responsionem confunditur perfectio amoris in genere moris, cum perfectione amoris in genere amicitiae. fateor quod quando iustus amatur propter deum, exercetur actus perfectissimus in genere moris, quia tunc exercetur charitas theologica; nego tamen tunc exerceri amicitiam, quae est virtus moralis, quia non amatur amicus propter ipsius bonitatem, itaque debemus stare definitioni, et significationi amicitiae; haec enim non definitur per hoc, quod actus sit aut non sit perfectissimus in genere moris, sed per hoc quod amicus ametur, propter ipsius bonitatem.

Respondent 3° dupliciter esse amicitiam, aliam in effectu, et aliam in affectu. in effectu datur, quando amici sibi praestant omnia, quae ex vera amicitia solent oriri, in mirum obsequia mutua comunicationem bonorum, declarationem secretorum, et alia huiusmodi. in affectu datur, quando quis amat amicum, sistendo in ipsius bonitate, et propter illa amorem, praestat haec omnia officia. quamvis ergo deus non habeat, cum iustis amicitiam per affectum; habet tamen in effectu. et per hanc amicitiam optime saluantur et explicantur omnia scripturae, et sanctorum patrum testimonia. et quidem si ponamus duos iustos

ga se invicē, ea officia exercentes, propter deū sumē dilectū, omnes dicent esse vere, et proprie amicos.

Itra d, q^a amicitia ida, in effectu nō d vere, et proprie amicitia; omnes eū per amicitiā intelligunt amorē in amici bonitate sistentē. et qdē plurima sunt scripturæ testimonia, quæ expresse declarant eodē modo esse amorē dei ad nos, quo d noster ad deū, sufficiat illud Joannis: sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Atqui amor noster ad deū, habet divinā bonitatē pro obto formali motivo; gr. amor dei ad nos habet bonitatē creatā pro obto frāli motivo, ut sic ex hoc duplici amore plena, et integra amicitia resultet;

et quamvis, qui secreta cordis nō callent, vocent amicos, eos, qui ea officia sibi mutuo præstant ex quocūq; motivo id faciant nō propterea in re sunt vere, et proprie amici, nisi habeant in re id, per quod fratissime amicitia constituitur. et quamvis ea officia præstarent exterius cū interiori odio vulgo appellarentur amici, qdo de odio nō constaret. qdo go deus, qui nō solū apparentiā exteriorē, sd interiora cordis secreta vidit, nos vocat amicos, intelligendus d de vera, stricta, et rigorosa amicitia.

Omitto alios discurrendi modos, quorū fundamenta loco obiectionū proponemus. et tandē concludo distinguibilē esse cū fundamento in re actū, in deo. per quē amet bonitatē creatā propter ipsū deū, in quo nulla potest esse difficultas, qdoqdē ~~a deo~~ assumit ad eū nobilius motivū quod potest assumere; et distinguibilē esse actū per quē deus amet bonitatē creatā simul, propter ipsius, et propter dei bonitatē, q^a creatura d amabilis simul, propter utrūq. motivū.

et distinguibilis esse actus, per quem Deus amet bonitatem creatam praecise propter ipsius bonitatem, quia, ut iam probatum est, nulla in hoc apparet imperfectio.

Caput 4.m

Aliquarum difficultatum expositio.

arguitur 1.o actus ille voluntatis tendens in bonum creatum, propter ipsius bonitatem esset imperfectus positive: quia adstruendus non est in Deo; consequentia patet, et ant. probatur; actus ille est positive imperfectus, qui non habet summam rectitudinem, et perfectionem; sed hic actus non habet summam rectitudinem, et perfectionem; quia hic actus est positive imperfectus; maior probatur pluribus exemplis, et praecipue in talpa qui est positive imperfectus ex eo, quod illi deficiant oculi, qui sunt perfectio animalis. minor ostenditur ex eo, quod illi actui deficeret nobilius motivum, quod actus voluntatis posset habere, quodque dicitur amare creaturas propter Deum, perfectius quid est, quam easdem amare propter earum praecise bonitatem.

Confirmatur 1.o: actus indifferens et malus, sunt imperfecti positive, quia carent bonitate morali, quae est perfectio actuum liberorum: quia ex eo quod ille actus amoris creaturarum careat perfectione volendi hoc nobilius motivum, quod est perfectio actuum, est absolute positive imperfectus. Confirmatur 2.o; quia Concilium Tridentinum sessione 14.a capite 4.o dolorem omnium motivum poenarum inferni appellat attritionem imperfectam, non propter aliud, nisi quia quum ille dolor posset esse sub motivo perfectissimo Dei boni, et sub inferiori motivo; quia similiter actus ille amoris esset positive imperfectus, quum motivum quod habet, non sit nobilius in genere volitionis

hoc & potissimum fundamentum adversae partis.

Retorquetur 1° in scientia, quam deus habet de Creaturis. nam Communis sententia docet deum cognoscere Creaturas, et in se ipso, et in se ipsis; Ex quo deduco scientiam Creaturarum in se ipsis esse imperfectam positive, quia illa scientia caret nobiliori motivo, quod habet altera. sicut ergo in Intellectu admittitur actus minus perfectus, quam alius, quare non admittetur in voluntate. ~~Respondetur~~ retorquetur 2° in eisdem volitionibus divinis, nam perfectior esset ille actus saltem extensive, quo deus propter se, et propter obiectum honestum Creatum amaret alicuius Creaturae bonitatem, quam actus amans propter solius dei bonitatem. Item negari non potest perfectiorem esse actum, quo propter deum amatur Creatura nobilior, quam ignobilior. debent ergo concedi in deo tam in Intellectu, quam in voluntate actus perfectiores alijs.

Unde argumentum, desumptum ex eo quod unus actus non habeat tantam perfectionem, bonitatem, et rectitudinem, quam alius, nullum & ad probandum non posse in deo reperiri, et hanc eandem doctrinam docuimus in materia de essentia, et attributis; asseruimus enim praedicata vitalia esse perfectiora praedicatis non vitalibus. quamvis ergo actus divinae volitionis amans Creaturas propter earum bonitatem non sit tam rectus, et perfectus, ac actus amans easdem Creaturas propter divinam bonitatem, non ex eo relucet titulus sufficiens ad excludendum eum actum a voluntate divina;

ad argu: Respondetur negando ant, ad probationem negandam & maior. nam ut actus virtutis abijciat imperfectionem positivam, sufficit non carere realiter perfectione Charitatis, et aliarum virtutum, et illis realiter identificari, quia ad Imperfectionem positivam non sufficit praecisio perfectionis per Intellectum praescindentem, et distinguentem

Pr requiritur negatio vera, et realis, quae repugnat cum identitate reali, talis perfectionis. Deus enim non apprehenditur positive imperfectus sub genere entis, quamvis solum apprehendatur intelligens et non volens, immensus et non aeternus. ratio a priori est, quia ut res sit, et cum fundamento in re apprehendatur, positive imperfecta per defectum perfectionis, debet talis defectus esse realis. Unde quum ille actus identificet secum omnium aliorum perfectiones, non potest habere realem defectum perfectionis, et rectitudinis, et sequitur non potest esse positive imperfectus.

Respondetur 2° non posse facile intelligi, quomodo aliquis actus sit moraliter, positive imperfectus ex defectu perfectionis, quin talis perfectio sit debita actui sub conceptu generico aut specifico, ratione constitutionis, praecepti alicuius naturalis aut positivi; si enim perfectio nulla ratione actui debita est, non potest eius absentia actui afferre imperfectionem aliquam, moralem positivam; quum quo cuilibet actui divino non sit debita perfectio nobilioris motivi ratione constitutionis alicuius praecepti naturalis, aut positivi, non potest hic amor esse positive moraliter imperfectus.

Unde hic actus neque phisice neque moraliter potest esse positive imperfectus. non est phisice positive imperfectus propter identitatem realem cum omni perfectione simpliciter simplici, quam essentissime exigit, ut vidimus 3° ad argumentum: non est moraliter positive imperfectus, quia nulla est obligatio in deo, praefigendi motivum suae bonitatis cuilibet actui. hinc videbis exemplum de talpa non esse ad rem, est enim phisice positive imperfectus, quia illi

deficiunt oculi, qui sunt perfectio debita animali. ad confirmationem primam respondetur, actum indifferentem, et moraliter malum esse positive physice imperfectos, quia non identificant, neque petunt identificare secum omnem perfectionem, simpliciter simplicem, ut est evidens; et deinde esse positive moraliter imperfectos, quia datur institutio et praeceptum praefigendi actibus voluntatis motivum bonum, et moraliter honestum.

ad 2am confirmationem respondetur attritionem esse physice positive imperfectam propter rationem, quam dedimus; et esse moraliter positive imperfectam 1° quia iuxta probabilem sententiam interphonistas datur institutio, et obligatio praefigendi actibus moraliter honestis motivum charitatis, a qua lege deus est omnino liber. 2°, quia dispositioni et praeparationi ad remissionem peccati, debita moraliter est detestatio, quae magis placeat, et placatum reddat offensum, et quum attritio hoc non habeat, est moraliter imperfecta positive. ubi notandum est concilium nunquam dixisse attritionem esse positive imperfectam, sed solum dixisse esse imperfectam, quod potest stare, si solum sit imperfecta negative, non vero positive.

arguitur 2°. Creaturae non possunt diligi a voluntate divina, ~~[illegible]~~ nisi ut media utilia in ultimum finem qui est deus; sed non possunt diligi ut media utilia in hunc finem, nisi amentur, tanquam obiectum materiale et deus tanquam obiectum formale: quia creaturae nunquam amantur, propter ipsarum sed propter solius dei bonitatem, et consequenter nunquam sunt obiectum formale, sed semper sunt obiectum materiale divini amoris. confirmatur: deus revera est ultimus finis creaturarum: quia semper est id, quod movet ad amandum creaturas, quae sunt media, et consequenter semper deus est obiectum formale, et creaturae obiectum

materiale divini Amoris.

Respondetur ad Argi. negando ma-
quamvis Creaturae habeant rationem medii, et possint
revera amari ut medium in ordine ad Deum, qui est ultimus
finis habere possunt rationem finis in ordine ad aliquem
actum divinae voluntatis: nimirum in ordine ad Deum, qui
Eas amat propter ipsarum bonitatem: omne enim quod amatur
gratia sui, convenienter dici potest habere rationem finis ru
illius actus. at ne faciamus Quaestionem de nomine et abstra
hamus a nomine finis, de quo potest esse difficultas
asserimus posse Creaturae bonitatem esse rationem intentionalem
amandi ipsam et consequenter esse posse obiectum formale mo
tivum ad confirmationem concedendum est ant. nos enim non nega
mus Deum revera esse ultimum finem Creaturarum, atque eum
obtinendum ordinantur. distinguendum deinde est consequens: quatur
semper Deus est id, quod movet ad amandum Creaturas
quando amatur ut finis concedo consequentiam, quando non amatur
ut finis nego consequentiam.

Caput 5.m

alijs difficultatibus occurritur.

arguitur 3.o si bonitas Creata esset obiectum formale motivum
divinae volitionis, iam bonitas Creata specificaret divinam
volitionem, sed hoc non est dicendum: ergo bonitas Creata non po
test esse obiectum formale motivum divinae volitionis. = petit
hoc Argu: quod frequentissime videmus inculcari, ut ex
plicemus, quomodo bonitas Creata sit specificativum di
vinae volitionis. dico 1.o actus divinae volitionis non spe
cificatur a priori, sed esse physicum a bonitate Creata
ratio est quia per specificativum a priori divinae volitionis
sed esse physicum intelligimus illud praedicatum, quod est
ratio quare actus habeat totam eam perfectionem entitativam

et; infinitā, quā revera habet divina volitio; sed bo
nitas creata nō est illud praedicatū, sive ratio, quare
volitio divina habeat perfectionē illā entitativā infi
nitā, quā revera habet: ergo bonitas creata nō est spe
cificativū a priori, sed esse physicū divinae volitionis.

Unde specificativū a priori
divinae volitionis sed esse physicū est essa divina, sive voli
tivū divinū formaliter in essa inclusū: specificativū
quippe a priori actus sed entitatis physicā est illud princi
pium, sive illa ratio a qua provenit, infinita illa per
fectio volitionis; sed essa divina est illud principium, sive
illa ratio, a qua provenit immanenter, infinita illa
perfectio volitionis: ergo essa divina est specificativū
a priori sed esse physicū divinae volitionis. Et notandū
est, quod dicimus divinā essā esse specificativū sed esse
physicū volitionis nō intendimus quod detur, in divi
nis actibus propria specificatio physica, quū nulla
interveniat actio, et nullus influxus a causa; sed quia essa
sive voluntas, quū nō sit praedicatū intrinsecū, esti
tuens volitionē, sed quasi ex se derivans volitionē cū veri
tate dicimus, ideo actus divinae volitionis habet infi
nitā perfectionē, quia nostro modo concipiendi provenit ab
essa, et voluntate divina, per immanentiā perfectissi
mā;

Dico 2°. bonitas creata est, specificativū a poste
riori divinae volitionis, ratio est, quia specificativū a poste
riori est signū ex quo colligimus aliquā saltē perfectio
nē actus et eius diversitatē ab alijs; sed bonitas creata est
signū sufficiens, quod nos ducat, ad cognoscendū aliquā saltē
perfectionē divinae volitionis, et eius diversitatē ab alijs:
ergo bonitas creata est, specificativū a posteriori divinae volitionis

minor probatur quoad priorem partem, nam perfectius quid est amare angelum, quam hominem, et perfectius est amare hominem, quam formicam; ergo pro inaequalitate perfectionis obti colligimus aliquam determinatam perfectionem in actu. Probatur quoad 2am, quia ille amor, qui fertur ad angelum, non fertur ad hominem, et qui fertur ad hominem, non fertur ad formicam; ergo ex obto creato aliquam in divinis volitionibus colligimus diversitatem.

Dico 3o. bonitas creata est, specificativum divinae volitionis sub esse morale, ratio est, quia quo obtum est perfectius in esse moris, eo actus honestior est; sed bonitas creata est perfectior, et perfectior in esse moris: ergo divinae volitionis actus terminatus ad bonitatem creatam perfectiorem, et perfectiorem, magis ac magis honestus est. atqui hoc est, actum divinae volitionis specificari a bonitate creata sub esse ~~creata~~ morale: ergo divinae volitiones specificantur a bonitate creata sub esse morale. sicut enim phisica perfectio actus crescit ex obto phisico nobiliori: ita maior perfectio moralis crescit ex maiori honestate morali.

neque potest obstare huic veritati, quod omnis actus divinarum volitionum sint infiniti, nam ad hanc specificationem tuendam sufficit inaequalitas extrinseca desumpta ex operibus externis pertinentibus ad virtutes morales, ut aliqui opinantur. sufficit etiam quod divinae volitiones licet absolutae, et comparatae cum deo sint aequales, respective tamen, et relative ad obta sunt inaequales, ut alii loquuntur, sufficit etiam quod sub connotatione et terminatione extrinseca detur inaequalitas, ut alii judicant, et hos diversos loquendi modos idem omnino significare existimo. unde licet comparatione ad principium non detur inaequalitas, ex inaequalitate honestatis creatae moralis, datur tamen inaequalitas comparatione ad obtum.

arguitur 1o. ille imperfecte operatur in genere moris, qui in suis actionibus non praefigit sibi ~~[illegible]~~ motivum divinae bonitatis, quum facile possit sibi praefigere: ergo actus qui praecise habeat pro obto

formali bonitatē Creatā nō ē ponendus in Deo. Ant. probatur
q.ª ille qui attendit ad alia motiua, et nō ad bonitatē
diuinā, minus presumitur amare deū, quā ille, qui res
picit ad solā dei bonitatē. Respondetur negando
antecedens, si intelligatur de imperfec
tione positiua; positiua in genere moris;
actus enī virtutū moraliū sunt in sua linea moraliter perfecti,
quoties cunq; nō fiunt, contra aliquā constitutionē, aut preceptū,
ut ex dictis in Capite superiori iā constat; cū quo stat vnū
esse perfectiorem alio, quod solū probat vnū esse imperfectiorē
alio negatiue, nō vero positiue;
ad probationē antecedentis res
pondeo, quod qdo datur in principio actus attingens diuinā bo
nitatē propter ipsā ~~mot~~ et bonitatē Creatā propter diuinā,
nō presumitur principiū minus amare deū, licet attingat
etiā bonitatē Creatā, propter ipsā. solū enī arguitur dari
in eo principio actū amantem, obtū nouo modo ac iā illud,
amabat suū principiū. Sed qdo hoc arguitur, nō arguitur minus
perfecte illud principiū amare deū: q.ª att. deus ego amat boni
tatē Creatā propter ipsā, et supponitur amare ipsius dei boni
tatē propter ipsā, et Creatā propter deū; et consequenter de
ipso nulla minus bona presumptio haberi potest.
rogabis, an de
facto detur in deo amor Creaturarū propter ipsarū Creatā ~~boni~~
et simul propter dei bonitatē? Respondeo 1.º dari de facto
amorē Creaturarū in deo propter ipsarū et propter dei bonitatē
si loquamur de Creaturis possibilibus. nā quū iuxta nostrā
sententiā Complacentia dei, in Creaturis possibilibus sit naria,
consequenter ad eā doctrinā modo addimus nō solū esse nariū deū
Complacere in Creaturis possibilibus propter dei bonitatē, sed etiā
propter ipsarū bonitatē. nā nariū ē deū Complacere in obto
nario amabili sed omnē amabilitatē nariā quā habet
sed Creatura possibilis ē obtū nariū, et amabile, tū propter

Dei, tum propter ipsius bonitatem quod Deus nario Compla
cet, in Creatura possibili, tum propter Dei, tum propter
ipsius bonitatem, quia utroque modo est amabilis, et habet
intrinsecam dignitatem naturam ad utrumque amorem.

Si vero loqua
mur de amore libero quem Deus exercet quia Creaturas
existentes, et ratione cuius ad earum existentiam de facto
terminatur, Respondeo 2°. Deum se habere pro obiecto formali
motivo in hoc amore et hanc veritatem indicant innume
ra scripturae testimonia. Proverbiorum 16. Omnia propter
semet ipsum operatus est dominus. Apocalypsis 1°.
Ego sum Alpha, et O mega. Isaiae 42.
Dedi inquitatem tuam propter me. et ratio manifesta
id suadet, nam id est nobilissimum motivum, quod Deus potest
suis actibus liberis praefigere. asserendum ergo est Deum de facto
sibi illud praefigere in productione et existentia Creatura
rum;

Respondeo 3°. Deum etiam de facto habere pro motivo
sui amoris liberi bonitatem Creaturarum, id colligitur ex
aliis scripturae testimoniis, Genesis 26. multiplicabo
semen tuum propter servum meum Abraham. 3°. Regum
protegam urbem istam propter me, et propter David
servum meum, Joannis 10°. Pater amat vos, quia vos
me amastis. Ex divo Paulo ad Romanos 9°.
elegit nos in ipso, ut essemus sancti, et immaculati. O
omitto plura alia. et quidem quum Deus de facto exerceat
actus virtutum moralium, ut deducitur ex sacra
Pagina, et doctrina sanctorum Patrum asserendum
est, bonitatem Creatam esse obiectum formale motivum ~~divi~~
~~na~~ actuum divinae voluntatis, quum virtus moralis
exerceri non possit, ~~divinae~~ nisi propter motivum

Obtū, Creatū, bonū, et honestū.

maior difficultas est an Deus duplex hoc motivū per unicū, an per duplicem actū amplectatur? nam ~~uter~~ quū uterq. modus sit possibilis, difficile & Quaestionē de facto dirimere quū neq; ex Scriptura, nec ex Patribus unus potius modus, quā alius determinetur. Pater Arriga tuetur id fieri per unicū actū. Sed contra videtur esse, quia actus ille unicus nō pertineret ad concupiscentiā, quia hoc solū amat bonū quatenus tale & respectu amantis, neque pertineret ad amicitiā, quia hoc amat bonū praecise quatenus & bonū ru amati; et consequenter ille actus amplectens utrumq. motivū pertineret ad specialē aliā virtutem amplectentē honestatē duarū. quapropter ut saluentur amicitia, liberalitas et aliae virtutes in Deo, quae ex sacra scriptura deducuntur dari, quodcūq. Deus per affectū liberum operatur, sub proprios et formales earū conceptus, congruentius mihi videtur asserere id fieri per duplicem actū.

Caput 6m

An Deus amet se propter Creaturas?

nostra resolutio & consequenter ad doctrinā statutā Deum se amare propter Creaturas probatur, quia Deus & bonus Creaturis tam physice, quā moraliter: ergo Deus potest se sub hac ratione amare. Ant. & Euidens, et consequentia probatur, quia Deus potest se amare, sub omni ratione amabilitatis, quā habet; sed habet hanc rationē amabilitatis, quodquidē habet hanc rationē bonitatis: ergo Deus potest se sub hac ratione amare; unde fiet, quod respectu alicuius amoris diuini Creatura & Obtū formale motivum

et deus est obtu materiale, respectu inquam, illo amoris, quo deus se amat, ut Creaturis Conuenientem, et accomodatum.

opponitur 1°: non est ponendus in deo affectus inordinatus, et contra rectam rationem, sed hic affectus, quem modo ponimus ponimus in deo, est inordinatus et contra rectam rationem: ergo non est in deo ponendus consequentia legitima est; maior est certa; et probatur minor, 1°, quia deus non ordinatur, ad bonum Creaturarum; sed ordinaretur, si ex vi alicuius amoris deus se amaret propter Creaturas: ergo hic affectus esset inordinatus, et contra rectam rationem. 2°, quia Creaturae non sunt finis ru dei, sed e contra, neque deus est medium Comparatione Creaturarum, sed e contra; ergo hic affectus esset inordinatus, et contra rectam rationem.

et negando mi:: ad 1am probationem Respondetur Concedendo ma: mi: pater pterisse, quia aliud est, quod deus sit conueniens Creaturis, et hoc verum est, et nullam dicit imperfectionem; et aliud est, quod deus sit ordinatus ad Creaturas, et hoc falsum est, et multam affert imperfectionem, quia dicit rationem medij, Comparatione Creaturarum, quae deo nullo modo Competere potest, unde, quamuis deus se amet, propter Creaturas, quia tantum se amat per hunc amorem, ut conuenientem Creaturis, non ordinat se, neque amat se, ut ordinatum ad Creaturas.

alij Contendunt negandam esse illam maiorem, quia omnis Conuenientia est ordinatio, et consequenter si deus reuera est Conueniens, et amat se ut conuenientem Creaturis, reuera ordinatur, et potest

se amare, ut ordinatum ad Creaturas; ecce hic insig
nem Quaestionem de nomine, Excitatam. tu vero, mi Doctor,
loquere, ut malueris. si agnoscas aliquod inconveniens in
Eo, quod deus ordinetur, et amet se ut ordinatum ad Crea
turas; Concede illam ma: propositionem, et nega mi:, dummodo
semper retineas deum posse se amare tanq; Convenientem
Creaturis, quod solum pendimus, si vero non agnoscas inco
veniens in Eo, quod deus ordinetur, et amet se ut ordinatum
ad Creaturas, quia et conveniens, et amat se, ut convenientem
Creaturis, nega ma: illam propositionem.

ut plene respondeamus
ad 2am probationem, narium et Exponamus, an Creatura possit
dici finis Comparatione divinae volitionis, et deus medium
Comparatione Creaturarum, ut tandem Evellamus aliam
Quaestionem de nomine hic insurgentem, et radicibus discussi
amus, an deus se amet propter Creaturas. dico deum
bene posse se amare tanq. finem qui, rum Creatu
rarum, tanq. finis Cui, ratio est, quia tunc aliquid
tanq. finis qui, est amabile alteri, tanq. fini Cui,
quando illud, quod amatur, habet in se bonitatem, conveni
entem deinde alteri, Cui amatur; sed deus habet in se
bonitatem honeste amabilem, et Convenientem deinde Crea
turis, Cui amabilis est: ergo deus potest se amare, tanq.
finem qui Comparatione Creaturarum, tanq. finis Cui.

Ex quo Colligitur veritas
nostrae resolutionis, nimirum, quod deus possit se amare
propter Creaturas, quodque se potest amare propter
illas, tanq. propter finem Cui. Ubi notandum est pro so
lutione Argumentorum, hunc actum non Excludere alium

quo deus omnes Creaturas ad se referat, tanq. ad
finē, ultimo, et sumē a se appretiatū; et q̄a deus,
licet ex vi alicuius amoris habeat Creaturas
tanq. finē, omnia refert ad se per aliū actū,
tanq. ad fontē totius bonitatis, recte dicitur abso
lute, et simpliciter finis ultimus Creaturarū, q̄a non
sistit in eo amore, per quē amat Creaturas tanq.
finē, sed ulterius pergit ad referendū Creaturas ad
se ipsū, a quo acceperunt bonitatē.

dico deinde deum,
bene posse se amare tanq. mediū, sive eo modo,
quo amatur mediū, propter Creaturas, ratio est, q̄a
illud potest amari tanq. mediū propter aliud, quod
est id, per quod illud aliud ponitur a parte rei, ut
acquiritur id, quod intenditur; sed deus per suā omni
potiā est id, per quod gratia v. g. ponitur a parte
rei, vel est id, per quod adquiritur existia gratiae
quae intenditur; q̄r deus potest amari, tanq. med
iū ad gratiā, et consequenter ad Creaturas, quū enī
in hoc amore nō reluceat aliqua imperfectio, nō
est, quae excludatur a voluntate divina; nō dico
deum re ipsa esse mediū ad Creaturas, et posse me
diū absolute, et simpliciter appellari; sed posse amari
tanq. mediū, sive eo modo quo amatur mediū,

nā magna contentio est
an deus sit re ipsa mediū et tale sit, absolute, et simpli
citer appellandum; alij dicant nullam esse imperfectionē
in eo, quod sit re ipsa verum mediū. Ita indicat
novissime mechor Huster, doctor Valentinus

+++ + + + + +

alij Existimant afferri Imperfectionē deo indignā, in eo quod sit mediū et absolute tale nuncupetur, ut indicant Pa: Iherisse, et Pater Arriaga. Duo mihi certa sunt, 1m est, Deū nō posse ita habere rationē medij puri, ut simul careat ratione finis. 2m est, sufficere ad veritatē nostræ resolutionis, quod Deus se amet eo modo, quo solet amari mediū, qdo amatur id, quod est verū mediū.

Opponitur 2o. inordinatū est uti fruendis, et frui utendis, ut fert Actioma Theologicū ex Augustino desumptū; sed si Deus se amaret propter Creaturas uteretur fruendis, nimirū, suis divinis perfectionibus, quibus deberet frui, et frueretur utendis, nimirū, Creaturis, quibus deberet uti: qr. si Deus se amaret propter Creaturas, inordinate se gereret. Contendit hoc Argumentū sub his terminis esse inordinatū, quod voluntas amet tanq. mediū, id, quod est finis, et amet tanq. finē, id, quod est mediū.

Respondetur distingdo ma: inordinatū est uti fruendis, et frui utendis qdo id, quod est obtum fruitionis nō potest esse obtū usus, aut extra concedo maiorē: qdo id quod est obtū fruitionis, potest esse obtū usus et extra nego maiorē: itaq. nō est inordinatū, quod divina voluntas amet tanq. finem per unū actū, id, quod potest amari, tanq. mediū per aliū actū. Respondetur 2o. omittendo ma: et negando mi: quamvis enim Deus amaret Creaturas modo a nobis exposito nō frueretur utendis, qa frui dicit, ita appretiative amare obtū, ut ex modo amandi illud præferat cuicunq. alteri; Deus autē per nullū actū ita amat Creaturas; qdo qdē quilibet amor, ad Creaturas terminatus, tanq. ad finē, relinquit locū alteri amori, per quem Deus referat omnē Creatā bonitatē ad divinā.

Opponitur 3o. si Deus se amaret

propter Creaturas, magis amaret deus Creaturas, quam se ipsum; sed hoc est maxima inordinatio amoris: quia amor divinus esset inordinatus, si Creaturas amaret propter deum. maior probatur, quia ut fert Comune prologuium, propter quod unumquodque tale, et illud magis: unde fieret, quod si deus se amat propter Creaturas, magis Creaturae amarentur a deo, propter quas deus amatur, quam deus, qui amatur propter Creaturas, obiectum enim formale magis amatur quam materiale. Respondetur distinguendo ma.: magis amaret Creaturas. si in eis sisteret, sumere appretiative; omitto ma: si in eis non sisteret sumere appretiative. nego ma: itaque deus non sistit in eo amore Creaturarum hoc modo, sed per ulteriorem actum omnia tandem refert ad se ipsum.

Disputatio 4ª

An divina voluntas morali necessitate teneatur ad optimum.

Caput 1m

aliqua praenotantur, et placita diversa proponuntur.

Celeberrimam aliam difficultatem aggredimur, quae inter Rres thomistas praecipue exarsit, in ea rogamus, an deus morali necessitate teneatur ad producendum optimum, sive id, quod melius fuerit. Pro cuius intelligentia, notandum est, non esse sermonem de Complacentia circa possibilia, nam quum haec, iuxta meam sententiam sit in deo narra,

7 ydemo de peres

sit in deo naria, circa quamcunq; bonitatem possibilem, nariu
d, nō solū moraliter, sed etiā Phisice, quod deus complaceat
in quacunq; bonitate possibili sive optima, sive nō optima;
loquimur 1º de amore efficaci, et productivo; et inquirimus
an deus, in rerū creatione ita se habuerit, ut semper
necessitate morali coactus meliora creauerit.

2º supponendū est
triplicem necessitatē esse obseruandā. prima d, metaphisica, et
est talis rei determinatio ad existendū, ut sit omnino impli
catoriū, cū ipsa iungi nō existiā rei; 2a. d phisica, et est
tanta vis, et propensio rei ad inducendā aliā, ut a nullo
naturæ creatæ viribus superari possit, sed solū a totius naturæ
authore, qui supra totā naturā operari potest. 3a d morali,
dstq. ea rerū determinatio ad existiā huius eventus determi
nate quā oppositi, quæ licet compatiatur cū libertate
phisica ad oppositū, recta tamen perspecta nō patitur suspi
tionē prudentē de existia oppositi, quin imo fundat pruden
tissimū iudiciū, de existia eventus ad quem determinati
recolenda sunt, quæ diximus in materia de auxilijs disp
5a. qa omnino naria sunt ad perfectā intelligentiā
puncti, quod versamur.

3º supponendū d, deū nō habere ne
cessitatē metaphisicā, vel phisicā absolutā ad producendā ali
quā rem creatā. nō metaphisicā, qa plenissime sibi sufficiens
+ d, et independens omnino dominus, ac proinde potens exis
tere perfectissime, et felicissime, absq; omni alio a se distincto;
nō phisicā absolutā aliquid creatū producendi, qa necessitas
phisica, ut a metaphisica, et morali distincta, d illa
propensio, et inclinatio rei, quæ superioti aliqua virtute

reprimi potest, propensio autem et inclinatio dei, nullum agnoscit superiorem, a quo reprimi possit. difficultas ergo est de necessitate morali, quae cum metaphisica, et physica libertate iungi potest.

4° supponendum est, optimum, aliud dici negative; positive aliud, negative est illud ens, quod in ea ratione, in qua attenditur, et comparatur, non superat reliqua omnia entia, cum quibus fit comparatio, verumtamen a nullo prorsus superatur. Cogita apud te multos mundos specie distinctos, quorum nullus sit absolute, et simpliciter perfectior, alijs, quivis quidem est optimus negative, ru reliquorum, quatenus est talis perfectionis, ut quum nario omnes superet, a nulla tamen perfectione superatur. optimum positive est illud ens, quod in ea ratione, in qua attenditur, et comparatur, superat reliqua omnia bona, cum quibus fit comparatio.

5° supponendum est, plures phaeologos, quibus placere videtur divus Thomas. metiri rerum bonitates ex divino beneplacito, in quo sensu non est dubium, semper esse melius quod a deo, quam quod a deo non fit. quum enim quod a deo non fit, solum deo placet per simplicem affectum, quod autem fit, non solum placet per simplicem affectum, sed per voluntatem efficacem, de eius existentia. et evidens hoc magis placere, quam illud, et consequenter esse melius illo, quatenus melius significat idem, ac deo placentius, controversia ergo praesens non inspituitur circa hoc; sed an deus teneatur necessitate morali ad faciendum illud, quod ex se est intrinsece melius in genere bonitatis aptioris, ut in ea resplendeat maior perfectio divinae bonitatis.

6° supponendum est in extra

mis positivis, dum inter se comparantur, non posse optimum reperiri, nam ultra hunc mundum A. v. g. quem deus de facto produxit, possibilis est alius perfectior, et ultra illum alius perfectior, et sic in infinitum sine tro; et hanc doctrinam nos tradidimus libro 3o physicorum, quando docuimus non esse assignabilem creaturam omnium maximam, ultra quam deus non possit aliam nobiliorem, et perfectiorem producere. quare Quaestio non instituitur, de hoc ordine rerum, quia in hoc ordine, non est optimum, et consequenter deus, nulla necessitate tenetur ad illud producendum. = si vero comparemus extremum positivum cum suo contradictorio, v. g. mundum, cum negatione mundi, potest quidem assignari optimum, quodcumque melior est mundus, quam eius negatio, et de hoc Quaestione praesentem instituimus, an, nimirum deus necessitate morali teneatur, ad illud producendum.

Hij suppositis duo huius Hispalensis nostri Lycei lumina Fr. Granado. et ruis de Montoya, necessitatem in deo moralem, ad producendum optimum adstruxerunt. Granado. tomo 2o. in 1a parte, tractatu, 2o. disp. 3a adeo rigide hanc necessitatem moralem in deo constituit, ut si deus non eligeret optimum, sequatur destructio dei. hanc eandem opinandi viam novissime ingressus est melchior fuster de voluntate, disp. 3a. vendicans Granadi sententiam, ruiz tomo de voluntate, disp. 9a. et 10a. benigniorem necessitatem moralem videtur adstruere. stant autem contra hanc necessitatem moralem reliqui omnes theologi videantur ante alios, valencia, suarez, vasqz

Petrus Hurtado Lugo, arriaga, Bernal, alderette et alij quos adducit Oppalda tractatu de voluntate disputatione 1ª Cap. 1º Cap. 2º. Exploditur doctrina asserens ex nõ positione optimi inferri destructionẽ Dei

Caput 2m.

Exploditur doctrina asserens ex nõ positione optimi inferri destructionem Dei.

Quũ granado et Fuster expresse asserant, si nõ poneretur a Deo optimũ, inferendã esse destructionẽ Dei, sic contra illos efficacissimũ instituitur argumentũ. si Deus haberet necessitatẽ moralẽ tã strictã sequeretur, Deũ nõ habere potestatẽ phisicã ad nõ producendũ optimũ; id admitti nõ potest, q.a iuxta fidẽ, Deus est liber ad producendã quamlibet Creaturã ad Extra, go Deus nõ habet necessitatẽ moralẽ tã strictã, quae nimirũ, si nõ reducatur ad actũ 2m operationis inferat destructionẽ Dei; ma: probatur, q.a si Deus haberet potestatẽ phisicã ad ponendũ nõ optimũ, possit ex Dei huius potestatis ponere nõ optimũ, ex cuius positione statim inferretur, destructio Dei, p. Deus nõ habet potestatẽ phisicã, ad destruendũ se ipsũ. go neq; habet potestatẽ phisicã ad ponendũ nõ optimũ, ex cuius exercitio inferatur, destructio Dei.

Hoc argu: si bene perpendatur habet maximũ vim, quũ necessitas moralis ad optimũ iungatur cũ potia phisica ad oppositũ. aliter nõ esset necessitas moralis, sed phisica, aut metaphisica, Confirmatur, 1º necessitas haec moralis ad optimũ qliter ab hijs Authoribus explicatur, iungit inevitabiliter hos tres, Deus est, et eligit optimũ, nõ eligit optimũ. go Deus nõ est. atqui in Deo datur potia phisica ad nõ eligendũ optimũ, go datur potia phisica, ut Deus nõ sit Deus, hoc autẽ asserendũ nõ est, nã illa summa necessitas quã Deus habet, ut sit, excludit potiã phisicã ut nõ sit.

Confirmatur 2º. q.do ant. est simpliciter possibile nõ potest consequens esse simpliciter impossibile, at q.do consequens est simpliciter

impossibile, quincitur antec. esse suppliciter impossibile, sed destructio deitatis quae est consequens illatum ex electione non optimi, est simpliciter impossibilis et est evidens. ergo. ant. unde deducitur pt. electio non optimi non potest esse suppliciter, et absolute possibile. non ergo est in deo physica potestas absoluta ad ponendum non optimum. et consequenter necessitas moralis ad optimum, quam in deo ponunt hic doctores, potius est appellanda physica aut metaphysica, quodque non est iungibilis cum absoluta potestate physica ad non optimum.

Confirmatur 3° nam vel deus potest absolute et simpliciter resistere huic necessitati morali quam habet ad producendum optimum, vel non potest. si 1m dicas sequitur, quod si deus resistat suae necessitati morali, ut potest nullum sequatur inconveniens, nam possibile posito in esse nullum sequitur absurdum, ut fert comune prologuium, unde ex hac resistentia non sequitur destructio deitatis. ut contendunt adversarii, quia hoc est ex impossibilibus maximum. si dicas 2m, sequitur hanc non esse necessitatem moralem sed physicam, aut metaphysicam praedeterminationem. et hoc argumentum magis urget patrem Granado quia eo utitur cum reliquis authoribus nostrae societatis contra physicos praemotores.

Respondet fuster. Impotentia quam deus habet ad omittendam electionem optimi, non esse antecedentem, et absolutam, prout necessarium erat ad hoc ut pugnaret cum libertate physica ad eam omissionem sed esse contentum, et ex suppositione quod deus habeat talem naturam, ut semper eligat optimum.

nil dicit

quod deus habeat talem naturam, quod semper eligat optimum, potens physice antecedenter et absolute non eligere optimum. necessitas autem consequens, et ex suppositione ad electionem optimi, non pugnat cum absoluta, et antecedente potestate physica ad omissionem eius electionis, et haec est solutio generalis quam exhibet argumento quod confecimus, et alijs, quae fieri possunt, sub alijs terminis

contendentibus probare nō posse iungi potestatē phi-
sicā absolutā ad ponendū nō optimū cū necessitate
morali ad ponendū optimū, si hæc moralis necessitas
explicetur eo modo, quo a p.re Granado explicatur.

Pro 2tra d., q.a hæc impo-
tencia, quā deus habet ad omittendam electionē optimi,
si ptemus explicationi necessitatis moralis, quā tradunt
ij, cū quibus modo disputamus, nō solū d. consequens, et ex sup-
positione, quod ponatur optimū, sed antecedens absoluta
et ex pte principij; ratio d., q.a nō datur potestas ante-
cedens absoluta, et ex pte principij; simpliciter potentis
ad omittendū, quæ essenter repugnet coniungi cum
omissione; pro hoc, quā tu appellas in deo potestatem
antecedentem absolutā, et ex parte dei, simpliciter
potentis ad omittendū d. essenter iniungibilis cū omis-
sione optimi; q.r hæc potestas absoluta, et ant. quæ
constituat deū simpliciter potentē omittere optimum,
nō datur in deo. Unde fiet, quod talem in deo constitu-
as moralē necessitatē, ut nō relinquas in eodē deo po-
testatē phisicā, absolutā, et simpliciter talē ad oppo-
situ; et consequenter ea nō erit necessitas moralis, sed phi-
sica, aut metaphisica.

Minor probatur: nulla potencia
vera, absolute, et simpliciter potens d. iungibilis cū
extremo essenter inferente nō existenciam dei; pro hoc
potencia ad nō optimū quā dicis deū simpliciter, et
absolute habere, esset iungibilis cū nō existencia
dei, quodquidē esset iungibilis cū nō optimo, ex quo
sequeretur nō existia dei; q.r hæc potencia nō

& vera, absolute, et simpliciter potens, sed chimerica et ficticia; praeterea: haec potestas antecedens absolute, et simpliciter potens omittere optimum & essenter connexa, cum omni praedicato divino nario, ac proinde cum ipsa necessitate morali, quae & iuxta hos doctores praedicatum divinum necessarium; sed haec necessitas moralis &, inconiungibilis cum omissione optimi: ergo et illa potentia antecedens physica & inconiungibilis cum omissione optimi. Unde haec impotentia ad non optimum non solum proveniet ex necessitate consequenti, sed ex necessitate penitus antecedenti.

Caput 3.m

Eadem doctrina amplius stabilitur.

argumento illi quo capite praecedenti probavimus non dari in deo potiam physicam productivam non optimi, si ex eo quod ponatur non optimum inferatur destructio dei, Respondet pater Granado productionem non optimi physice possibilem ex vi potiae physicae, quae datur in deo, et moraliter tantum impossibilem posse connecti cum impossibili metaphysice, quapropter non & inconveniens, quod si ex vi potiae physicae, quae datur in deo, ponatur non optimum, quod quidem & physice possibile, et contingens moraliter tamen impossibile, posse inferre destructionem dei, quae & quid impossibile, simpliciter, et metaphysice, quia non implicat, quod ex antecedenti minus impossibili sequatur consequens magis impossibile.

Affirmatur, in homine habenti necessitatem moralem ad peccandum venialiter, nisi

muniatur specialiter dei gratia, et privilegio juxta Trident: sessione 6a. Cano: 23. sic q. argumentum instauratur: si hoc vitaret omnia peccata venialia, non esset hoc qui nunc est; sed habet potiam phisicam ad vitanda omnia peccata venialia: q. habet potiam phisicam, ut non sit hoc qui nunc est; Ecce quomodo ex antecedenti moraliter impossibili possit sequi destructio hominis, quae est phisice aut metaphisice impossibilis. idem quod in deo asserendum est, et sequitur ex eo, quod ponatur non optimum, quod est solum moraliter impossibile, potest inferri destructio dei, quae est metaphisice impossibilis.

Sed contra est, quia ex hac responsione sequitur, quod ex antecedenti vero, possit inferri consequens falsum, quod est contra evidentissimum simulistarum principium. sic argumentor, illud quod est phisice possibile, potest esse verum, et supponi existens; sed non optimum poni a deo est phisice possibile, quod bene stat, quod sit moraliter impossibile, et phisice liberum, aut sit non sit phisice liberum, erit non moraliter, sed phisice, aut metaphisice impossibile: q. non optimum potest esse verum, et supponi existens; atqui si supponatur existens erit antecedens verum inferens consequens falsum, nimirum, dei destructionem, quae est metaphisice impossibilis: q. ex antecedenti vero posset inferri consequens falsum.

Confirmatio nil urget, nam quocumque assignes, sive in hac sive in illa materia ~~[illegible]~~ subtum, habens necessitatem moralem ad unum extremum, et libertatem phisicam ad oppositum, nullum inveniens sequetur si fiat hypothesis, in qua supponatur dari extremum, ad quod est phisica potestas. Unde si hoc solum habeat moralem necessitatem ad peccandum, et phisice possit non peccare, non sequetur hominem non esse hominem, si supponamus

exercuisse phisicam illam potestatem. similiter ergo si deus habeat potiam phisicam ad omittendum optimum, non sequetur destructio dei, aut quodlibet aliud inconveniens, si deus pro sua libertate se determinet, ad producendum quod potest, ex vi suae potiae phisicae.

Respondent alii, ex negatione optimi posita vi potiae moralis sequi inconveniens, non autem ex negatione optimi posita ex vi potiae pure phisicae. Sed contra est 1°, quia quod nos intendimus contra patrem Granado est, nullum esse incommodum, quod possit exerceri, et revera exerceatur, potia pure phisica ad unum extremum coniuncta cum necessitate morali ad aliud: et quod si aliquod incommodum, aut impossibile sequatur ex exercitio eiusmodi potiae, ea non est potentia absolute et simpliciter potens producere terminum, sed chimerica, et ficticia; et quod si est chimerica, et ficticia, haec potentia pure phisica, non dabitur necessitas moralis sed phisica, aut metaphisica. Unde in hac responsione nihil est contra id, quod intendimus, quia nos non contendimus omissionem optimi esse ponendam ex vi necessitatis moralis, quae praesupponatur ad optimum.

Contra est 2°. quia iuxta doctrinam, quam modo impugnamus, non potest subsistere haec solutio. nam quaevis potia phisica, quae in deo detur ad non optimum est essenter iniungibilis cum negatione optimi. sic enim argumentor ex supra dictis praedicatum, quod est realiter illud, quod est iniungibile essenter cum negatione optimi, non potest iungi cum negatione optimi; sed quaevis potia phisica, quae in deo datur, ad omittendum optimum est realiter illud praedicatum, quod est iniungibile essenter cum omissione optimi. ergo quaevis potia phisica, quae in deo detur ad omittendum optimum,

nō potest coniungi cū omissione optimi. Minor probatur, q.a quaevis potia phisica, quae in deo detur, identificatur realiter cū ~~[illegible]~~ la necessitate morali, quae d. praedicatū divinū nariū, et essentialiter inconiungibile cū omissione optimi.

Respondent alij conantes mitius explicare doctrinā patris Granado asserendo has consequentias, deus nō eligit optimū: ergo nō d. deus. deus d.: ergo eligit optimū: nō esse accipiendas in sensu metaphisico, et rigorosissimo, sed esse accipiendas in sensu, et illatione solū morali; in quo sensu illationis solū moralis esse legitimas nemo negare potest, ad eū modū, quo hoc ant. mater d.; infert hoc consequens ergo diligit filiū, in sensu illationis solū moralis. Unde nō infertur ex hac doctrina, quod ex antecedenti vero deducatur consequens falsū, q.a eo modo quo infert ant. semper petit esse cū suo consequenti.

Sed contra d., q.a si haec illatio d., solū moralis, contendimus, quod si nō ponatur phisice optimū, ut phisice contingere potest, nō sequatur destructio dei, ut contendebat pater Granado; nā antecedens solū moraliter inferens potest esse phisice sine consequenti, quod moraliter infert, et si nō possit esse phisice aut metaphisice sine consequenti, nō erit ant. solū moraliter sed phisice, aut metaphisice inferens, ut d. Evidens. quū autē destructio deitatis nō sit quid phisice contingens, neque potia phisica detur in deo, ut ipse nō sit deus, si ex eo quod ponatur trius oppositus huic necessitati morali sequatur hoc maximū impossibile, sequetur hanc consequentiā deus d. ergo eligit optimū accipiendā esse in sensu illationis metaphisicae.

Respondent alij necessitatē moralem esse benignius explicandā, taliter ut potia pure

Phisica, quae datur in subto habenti talem necessitatem, sit, cui non repugnet actus, licet tam difficilis ei sit, ut nullus prudentum iudicare possit actum esse futurum, licet nullum inferatur inconveniens, si forsan contra prudentiam ~~actum~~ iudicium actus eveniret fateor benignius esse explicandam necessitatem moralem, ut nos eam explicuimus in materia nostra de auxilijs disputatione 5.a iam citata, verumtamen hoc est, a sententia quam impugnamus discedere. Conabimur deinde in sequentibus necessitatem moralem, quocumque modo explicetur, a deo esse excludendam, ad producendam quamcumque creaturam etiam optimam.

Caput 4.m

Deus nullo modo necessitatur ad producendum optimum.

Hanc veritatem possemus comprobare pluribus sacrae scripturae, et sanctorum patrum testimonijs sufficiet unum vel alterum in medium adducere. Job 22 dicitur, quid prodest deo, si iustus fueris: aut quid conferis, si immaculata fuerit vita tua; at Capite 35: si iuste egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet; actorum 19.o nec ~~venimus~~ manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipse det omnibus. Celebre d. Augustini testimonium in libro Quaestionum, Quaestione 22; ubi nulla indigentia, nulla necessitas, ubi nullus defectus, nulla indigentia, nullus autem defectus in deo; nulla ergo necessitas. Consonant reliqui patres quos apud ~~Rr~~ Pres invenies.

Probatur 1.o ratione, nemo prudens rapitur morali necessitate in amore mearum rerum, quibus nullatenus indiget, at quas videt sua nil interesse

nec ad Comodum beatitudinem, aut voluptatem; sed deus videt se nullis indigentem Creaturis, imo totam earum Collectionem sua nil interesse, nec ad Comodum, felicitatem, aut voluptatem aliquam: ergo deus neque rapi morali aliqua necessitate in amorem, Creaturae cuiuscunque etiam optimae, sed plenissimam ad illam omittendam habet Libertatem. maior probatur; quis enim nisi insanus diceret hominem, qui quis videat sua nil interesse, potius tacere, quam loqui vehementi Inclinatione rapi magis ad unum, quam ad aliud.

minor probatur ex eo, quod hanc veritatem sacra scriptura clamet. Isaiae 40a dicitur, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo; et Psalmo 15o. deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. et sic alijs in locis, ex quibus colligunt doctores deum esse omnino absolutum, et independentem, non solum ab existia, verum etiam a possibilitate Creaturarum. in quem scopum locupletissimam patrum et scripturae testificationem congerit pater Hemelman titulo 8o. disputatione 1a. quum enim deus sit summum bonum, nec maius sit absolute bonum etiam iunctum cum Creaturis optimis ut ex nostris principijs satis liquet, sibi soli sufficiens est, nec indiget aliquo alio extra se.

probatur 2o. habere necessitatem moralem ad producendum Creaturas etiam optimas, et impotentia similis generis ad existendum sine Creaturis optimis; sed haec impotentia non est ad scribenda in deo. ergo neque illa necessitas est deo concedenda. maior constat ex adversariorum principijs, et probatur minor, quia deo concedi debet, quanta maxima posset Libertas, et dominium supra res Creatas, et ab illis independentia, si autem haberet hanc necessitatem moralem esset impotens iuxta gradum huius necessitatis existere sine productione et conservatione Creaturarum, et consequenter minueretur perfectissimum dominium supra res Creatas, quod consistit in

omnimoda potestate ad producendum, et non producendum, destruendum et non destruendum, conservandum et non conservandum, quas lunq. Creaturas etiam optimas.

Probatur 3°. Omne optimum Creatum est admixtum multis imperfectionibus; est enim bonum finitum et limitatum cui desunt infinitae perfectiones; atqui omne bonum finitum et limitatum, et absolute imperfectum ob imperfectiones, quas involvit, iustissime, et prudentissime respui potest, a rectissima dei voluntate per efficacem ipsius nolitionem, quum voluntas dei rectissima gubernetur, per intellectum perfectissimum, pensantem res, sicuti ipsae sunt in se: quod optimum Creatum prudentissime a deo omisso potest, et consequenter ad illud non datur necessitas moralis; unde quamvis bonum Creatum, nario extorqueat simplicem divinae voluntatis complacentiam, non tamen est tanta eius dignitas, ut trahat deum per hanc moralem necessitatem ad ipsius productionem.

Probatur 4°. ideo deus secundum adversarios tenetur ad producendum mundum. v.g. quia melior est mundus, quam negatio mundi; sed ultra mundum a, quem deus de facto produxit, melior est mundus b. quem non produxit, quam sua negatio. quod deus nulla morali necessitate tenetur ad mundum producendum; et si tenetur morali aliqua necessitate ad mundum, et quia ita ligatur, produxit hunc mundum, tenebitur ad omnes mundos possibiles producendos. statim Respondebis non esse abeundum in infinitum. sed insto: cur saltem non produxit tot mundos. quot produxit angelos, nam ~~saltem me~~ sicut melius est iuxta adversarios producere angelum quam non producere, et producere tam immensum numerum angelorum, quam non producere, ita melius est producere mundum, quam non producere, et producere tot mundos, quot produxit angelos, quam non producere.

Probatur 5°. quia gratis omnino contraria sentencia assignat optimum ad quod

deus morali necessitate teneatur, nam plures doctores
cum quibus modo disputamus dicunt melius fuisse deum
incarnari post, quam ante praevisum peccatum, quum
incarnatio aeque bona sit excellentissima sit ante
quam post peccatum, Item consequenter ad hanc doctri-
nam dicere tenentur melius fuisse permittere
peccatum, quam non permittere, cuius nullam aliam
rationem reddere possunt nisi quod de facto
fuerit permissum peccatum, neque asserere possunt
melius fuisse permittere peccatum, ut sic manifeste-
tur nobilissimum Justitiae attributum, nam contra
(omitto plura alia) quod per scientiam infusam pos-
sumus cognoscere tam bene, quam modo in deo
esse Justitiam punitivam, quae exerceretur si da-
rentur peccata.

Probatur 4 et urgetur magis arg.
praecedens. melius fuisset mundum esse ab aeterno
conditum, quam non fuisse, tres item personas divinas
uniri cum humanitate, quum de facto tamen non
existat hoc triplex unio, nec mundus ab aeter-
no fuerit conditus, licet in his omnibus non detur
progressus in infinitum quod non semper deus eligit
melius, ubi non itur in infinitum. quum ~~[illegible]~~ quod
deus de facto non elegerit optimum, ut ex his
et aliis exemplis, quae afferri poterant satis
incitetur asserendum deum non habere hanc
inclinationem, et moralem necessitatem.

Probatur 5° ostendendo
deinde quam incredibiliter contraria

sentencia procedat. Doctores adversi dicunt
deum esse moraliter praeterminatum ad id, quod
de facto produxit; unde ad producendum has
species, quas de facto produxit, et non alias
perfectiores, et perfectiores, quas producere
potuit, fuit moraliter praedeterminatus
pro non solum ad has species utcumque sed ad
numerum individuorum, quae de facto produxit
intra quamlibet speciem. Dicunt habuisse deum
moralem necessitatem, et consequenter sub gradu huius
necessitatis non potuit producere tot muscas,
tot vespertiliones, tot arenulas, quot de
facto produxit, haec autem ridicula videntur
ac proinde nobis asserendum est, deum aequali omnino
libertate potuisse producere nobiliores rerum spe-
cies quas pro suo libito omisit, et potuisse eum
omnimoda libertate omittere unam muscam etc.
quas de facto produxit.

Caput 5

occurrit aliquis argu:

Primum desumitur ex authoritate concilii francofor-
diensis, ita agentis. Credamus deum omnia
velle quae meliora sunt. atqui non dare-
tur firmum fundamentum ad ita iudicandum

nisi in Deo daretur necessitas moralis ad faci
endum optimum. q. ett. Respondetur 1° ex hoc testimonio
nō inferri tam strictam necessitatē moralem, ut ex carentia
effectus inferatur destructio dei, ut contendebat Pater
Granadus; Respondetur 2°, mentem Concilij esse deum decre
uisse hominē dei filiū naturalē, ipsi exhibere condig
nā satisfactionē pro peccato, et ex suppositione huius
intentionis manere determinatū ad assumendā naturā
humanā, q.a sine tali assumptione hoō nō erat filius
dei naturalis, ac proinde hoc erat melius ad consequendū
illū finē, et ad hoc melius, ex suppositione illius decreti,
et intentionis, deus erat determinatus. nos autē loquimur
absolute, et simpliciter, et nulla facta suppositione.

2m argumentū
Ex patrū authoritate conficitur, inter alios Augusti
nus ita fatur, tomo 1°. libro 3°. de quantitate animae
Justicia dei factū esse, ut nō modo sint omnia, sed etiā
sic, ut omnino melius esse nō possint. Itē de libero
arbitrio libro 3°. quidquid vera ratione melius occurrerit
hoc scias fecisse deū. et tomo 6°. libro 1°. contra adver
sariū legis: usq; adeo desipiendū est, ut hoō videat
aliquid melius debuisse fieri, et deū credat facere
noluisse. Respondetur cū patre arriaga, hoc ultimū testimo
niū nō esse ad rem; nā Augustinus in eo solū dicit
stultū esse aliquid melius fieri debuisse, et asserere id
nō factū fuisse a deo, quod certissimū est, solū quippe
excludere voluit sanctus doctor a Deo malū morale
cū quo stat nullā obligationē deū habere ad produ
cendū semper melius.

ad 1m et 2m Augustini testimo
niū. Respondetur sanctū doctorem loqui de meliori

connaturaliter debito naturis rerum, ex suppositione quod deus determinatam harum rerum existentiam decreverit, quod non arguit necessitatem aliquam moralem absolute, at independenter ab aliqua suppositione in deo existente, praecipue circa bona supernaturalia, v. g. incarnationem, sunt enim haec indebita rebus omnibus naturalibus; = et quia non possumus omnia sanctorum patrum testimonia singulatim recensere, dico 1° patres asserentes deum semper melius elegisse, intelligendos esse de meliori, non obiective, at materialiter, id est formaliter, hoc est, conformiori ad ideam, at scientiam, quam deus habuit. praeterea possunt intelligi de meliori comparatione ad naturas, quas in hoc universo produxit. possunt etiam intelligi de medio optimo iuxta mensuram finis intenti. possunt etiam interpretari, quod deus pro sua libertate elegerit quod optimum, nulla tamen ad id necessitate morali constrictus.

dico 2° patres clarius, et distinctius affirmantes in deo esse necessitatem aliquam ad incarnationem, loqui ex suppositione decreti, exigendi condignam satisfactionem pro peccato, ut supra dicebamus ad authoritatem concilii franco fordiensis. = dico 3° stum thomam pro nobis stare, 1a parte. Quaest. 25. articulo 6° inquirit sanctus doctor, an deus possit facere meliora ea, quae facit: et respondet, substantialiter non posse facere meliora, ea, quae facit, quia non esset eadem, sed alia, v. g. non posse facere hominem substantialiter meliorem illi tribuendo meliorem essentiam, quia iam non esset homo, illud melius, sed species alia diversa

perfectior homine.

Exemplum ponitur in numero quaternario qui si crescat in ratione numeri, non est quaternarius, sed quinarius, unde implicat unus quaternarius maior alio. Caeterum non negat sanctus doctor posse deum qualibet re producta, aliam substancialiter meliorem producere. imo affirmat his fere verbis: simpliciter loquendo qualibet re a se facta, potest deus facere aliam meliorem. et quod loquatur de potia morali, satis liquet, ex contextu, angelicus quo magister non potest contra nostram sentenciam adduci. Ecce quomodo argumentum desumptum, ex authoritate patrum, cui tantopere insistunt patres, Granadus, et ruis, facile dissoluatur.

3m Argu. sic efficitur: qui vult efficaciter, et intensissime aliquod obtum propter eius bonitatem, vult intensissime, et efficaciter eius intrinsecam perfectionem, et omnia, quae conducunt ad perfectiorem eius statum; sed deus efficaciter, et intensissime amat se ipsum propter sui intrinsecam bonitatem. quia efficaciter, et intensissime vult, suam intrinsecam bonitatem, et quidquid conducit ad perfectiorem eius statum. atqui meliora magis conducunt ad perfectiorem dei statum, quia cedunt in maiorem sui gloriam, et magis manifestant diuinam excellentiam: quia deus intensissime propendit in meliora, et sequitur habet moralem necessitatem producendi optimum. = Discursus videtur manifestus, quia quo aliquis amat obtum magis, magis illi bonum exoptat.

Firmatur, si quis amaret se ipsum summo amore, quo posset, sine dubio sibi vellet quidquid sibi optimum est, si tale optimum cognosceret, et positum esset in

eius potestate; et deus se amat tota intentione, et efficacitate possibili, et cognoscit quod nam sit sibi melius, et cedens in maiorem sui gloriam, et illud et positum, in potestate ipsius dei; quod illud deus sibi vult; atqui creaturae meliores magis cedunt in divinam gloriam, et sunt deo gloriosiores; crescit ergo in deo amor earum, usque ad tam vehementem inclinationem, quae necessitas moralis appelletur; et sequitur haec in deo, concedenda et ad optimum creatum producendum.

multum probat argu: cum sua confirmatione. nam probat physica, aut metaphysica necessitate teneri deum, ad amandum optimum creatum, quia ea necessitate qua aliquis amat finem et se ipsum, amat medium ad sequendum finem, et quidquid conducit ad perfectiorem sui statum. Item probat deum non teneri ad producendum creaturas irrationales. nam totum argumentum dicitur in maiori manifestatione externa gloriae dei: quum autem haec maior externa manifestatio non comparetur nisi per creaturas rationales; consistit enim in cognitione divinae excellentiae: fiet, quod si deus illis ostendat se habere virtutem infinitam omnium, producibilium productivam, compararet sibi omnem sui gloriam extrinsecam.

Respondeo distingdo ma: tripliciter. 1°: qui vult efficaciter, et intensissime aliquod obtum. vult etiam efficaciter, et intensissime omnia, quae conducunt ad perfectiorem eius statum, si ab illis dependeat, et illorum habeat exigentiam concedo ma: si ab illis non dependeat neque illorum habeat exigentiam nego ma:

2°. qui vult efficaciter, at intensissime aliquod obtum vult etiam efficaciter, at intensissime etc. si id permittat conditio suppositi amantis omitto ma: si id non permittat nego ma: conditio autem dei se ipsum sume amantis non permittit, tam vehementem amorem, quum ipse tanquam nihilum reputet omnem bonitatem creatam.

3°: qui efficaciter, at intensissime vult, etc. si vellet obtum efficaciter at intensissime, tam quoad bona intrinseca, at extrinseca, concedo ma: si solum velit efficaciter, at intensissime obtum, quoad bona intrinseca nego ma: deus autem efficaciter, at intensissime, vult se ipsum, non autem reliqua alia extra se ipsum.

ad confirma: Respondetur 1°. hominem sume se amantem nario sibi amare omnia ea, quibus indiget ad suam felicitatem, jucunditatem, at consistentiam; deum autem nullo bono creato indigere, ut sit perfectissime felix, at beatus et in suo esse consistens; at consequenter ex summo sui amore non necessitari ad amandum bonum aliquod creatum. = Respondetur 2°. hominem sume se amantem, tam quoad bona intrinseca, quam quoad bona extrinseca, necessitari quidem ad amandum, quidquid aliud conducit ad sui perfectiorem statum: non vero hominem, qui se amat quoad bona praecise intrinseca, quum videamus hominem genio suo largiter indulgentem, at tamen peccare, quum plene cognoscat melius sibi esse non peccare.

Caput 6.m

adhuc resistimus adversarijs.

4m Argumentū: Deus nario Complacet in Creatura possibili; at quo perfectior est ea Creatura possibilis, eo maiorē concipit complacentiā: q.r concipit gaudiū de Creatura existenti, et eo maius quod nobilior fuerit Creatura existens, nā ex maiori complacentia circa rem possibilē, eo maius resultat gaudiū, qdo res eadem videtur existens. hoc iā ex principijs positis manifesta videntur. atqui hoc maius gaudiū est, maior dei voluptas et felicitas: q.r Deus tenetur ad Creaturā optimā producendā, ne careat eo maiori gaudio, alioquin possit esse minus beatus, iucundus, et felix quā nunc est.

hoc Argumentū probat etiā metaphisicā dei necessitatē ad optimū Creatū. nā Deus nō habet phisicam libertatē ut nō sit, tam felix, iucundus, atque beatus quā modo est; unde si cū hac beatitudine, et felicitate, stat, quod habeat phisicā libertatē ad producendū optimū, stabit etiā, quod neq; habeat necessitatem moralē ad illud producendū. Ipsdetur omissis aliquibus solutionibus, quas impugnat pater Arriaga, Deū posse carere aliquo gaudio, et voluptate sibi contingenti absq; detrimento suae intrinsecae felicitatis, et voluptatis, et ad hoc gaudiū, et voluptatē procurandam, nō teneri aliqua necessitate morali.

ratio est, q.a gaudiū, quod Deus habet de se ipso, est, tam perfectū intensive, ac gaudiū, quod habet de se ipso, et Creatura qualibet existenti; et pseqter deficiente gaudio, quod Deus habet de Creatura existenti, qa deficere ~~possit~~ potest

Existencia Creaturæ, deus manet, tam Intensive felix ac antea erat; unde deus nõ indiget Existencia Creaturæ, neq; gaudio de illa, ut sit tam Intensive felix, et beatus, ac modo est; verũ est deficiente eo gaudio de Existencia Creaturæ deficere aliquã felicitatẽ Extensivã, quã sine Inconvenienti posset eo deficere fatemur: nõ vero deficere totã suã felicitatẽ intensivã.

5.m Argu: quamvis deus nõ se habeat melius, et felicius, absolute, et simpliciter loquendo cũ Creaturis, quã sine illis, decet tamen magis deũ producere Creaturas, quã nõ producere; ex eo autẽ, quod magis deceat deũ producere Creaturas quã nõ producere, habet moralẽ necessitatẽ ad Creaturas producendas: q.d. ett. maior hæc decentia probatur, Exemplo in humanis. nã si contingeret, quod in aliquo Casu, rex posset remittere delictũ subditi, quin vel levissime suo muneri defecisset, sæpe magis decet Regem in eo Casu remittere delictũ, quam sumere de illo vindictã, quamvis alioqui ipse Rex nõ se haberet melius cũ prædicta Delicti remissione, quã sine illa. similiter go, quamvis deus in suo esse divino nõ se habeat, absolute, et simpliciter melius cũ productione Creaturarũ, quã sine illa, adhuc tamen magis decet ipsũ producere Creaturas. quã go debeat concedi Deo necessitas moralis ad id, quod magis ipsũ deceat, dabitur in deo necessitas moralis ad Creaturas producendas.

Respondetur primo:

8 qderno de

Respondetur 1°. Explicando in quo hæc maior decentia respectu Regis consistat. Consistit autem, in eo, quod remissione illius delicti magis æstimetur, quam antea reuera æstimabatur, quum defectus remissionis comuniter arguat apud homines defectum benignitatis, quod si non magis ex ea, remissione æstimetur, quam antea æstimabatur, fiet, non magis ipsum decere remissionem, quam non remissionem Delicti; quum vero deus non habeat maiorem æstimabilitatem intrinsecam propter productionem Creaturarum: neq. defectus remissionis arguat in ipso, defectum benignitatis: neq. ex eo quod modo remittat hominum peccata. magis ab hominibus æstimatur, quam si non remitteret, sicut non remisit peccata Angelorum, fit, quod non detur hæc maior decentia ru dei, Respetur 2° hanc maiorem decentiam, si forte detur, solum afferre maioritatem quandam extensiuam, quæ sine inconuenienti potest deo deficere.

6m Argumentum: Creaturæ magis, ac magis amant deum, qdo magis ac magis procurant deo, maiora extrinseca bona: qr deus intensissime amabit se ipsum, qdo sibi procurauerit maiora extrinseca bona; Respdetur ~~extrinseca~~ amorem Creaturarum qa deum esse capacem intensionis, et tunc magis ac magis intendi, qdo magis, ac magis deo procurantur maiora extrinseca bona, amor autem, quo deus se ipsum diligit, non est incrementi capax, et sequter augeri non potest per amorem, boni finiti, et limitati, quod comparatione dei est, tanq. si non esset; et hoc videmus in Creatis; potest enim homo se nimio diligere, quum tamen sibi eligat minus bonum, v. g. venationem potius, quam dignitatem.

7m. beati, ex amore beatifico phisice necessitantur ad amandū deo meliora, quae magis conducant in ipsius gloriā, et honorē: q.d. similiter deus, ex amore sui intensissimo necessitabitur, licet nō phisice, saltē moraliter, ad procurandū sibi obta, extrinseca meliora. Rpdetur comunē esse sententiā phaeologorū apud Cardinalē de Lugo tomo de Incarnatione, disp. 2a. sectione 2a. beatos nō necessitari phisice, ad volendū deo omnia obta creata, et 2daria meliora; possunt enim ipsi occurrere rationes, et motiua, quae ab amore horum diuertant. Unde deus, ex sui intensissimo amore, neque moraliter determinabitur, ad obta creata meliora.

necessitatur phisice ad nō peccandum. instabis. q.d. beatus nō consequtia probatur, q.a ea vis, quae necessitat beatū, sed comunē sententiā ad nō peccandū necessitat etiā beatū, ad conformandū se in omnibus, cū voluntate diuina, et ad placendum deo, per obsequia meliora, in qbus magis complaceat. Rpdetur neqdo consequtiā. ratio 3, q.a per amorē accedit, et vnitur beatus cū re amata nempe cū deo; per peccatū autē recedit, et auertitur; quū autē implicet accessus, et recessus, implicat quod cū eo amore componatur peccatū. cū eo autē amore, et perfecta amicitia optime componitur, quod nō velit amicus meliora suo amico, et consequter beatus impotens peccare nō cogitur ad volendū obta creata, deo meliora.

8m: saltē moraliter necessitatur beatus ad volendū obta extrinseca magis deo placentia: q.d. similiter deus ex amore intensissimo sui necessitabitur moraliter ad volendū obta extrinseca meliora.

Respondetur omittendo ant.; de quo in materia de beatitudine, et negdo consequentiam; nam beatus magis deo placet, et magis ipsum amat, dum eligit obta extrinseca perfectiora, quae terminant maiorem, et intensiorem dei complacentiam, omnis enim, qui amplectitur obtum alteri magis gratum, magis ipsum amat, formaliter, aut virtualiter deus autem non amat se ipsum magis, amplectendo obta extrinseca perfectiora, et nobiliora, quia amor ille intensissimus, quem deus habet quia se ipsum, non potest incrementum accipere, praesertim ex bono finito, et limitato et quod in ipso deo eminenter continetur.

Caput 9.m

robora quae restant infringuntur.

9.m argumentum: voluntas divina rectissima debet conformari intellectui divino et perfectissimo; sed intellectus divinus dictat, melius esse deum se ita amare, ut nil praetermittat florum, quae conducunt ad maiorem sui gloriam: quia voluntas navio, saltem moraliter, ea omnia amat, ante solutionem observandum est, intellectum perfectissimum ita proponere obtum voluntati perfectissimae ut illud proponat secundum merita ipsius, et suam intrinsecam dignitatem, et ita ut voluntatem relinquat, omnino, ~~ad~~ liberam ad eligendam partem quam maluerit.

Respondetur negdo mi. nam quamvis divinus intellectus dictet melius et nobilius esse unum obtum, quam aliud, et consequenter esse dignius maiori, et intensiori sua complacentia; non tamen dictat meliorem esse deo, hic, et nunc existentiam huius obti, quam oppositi, quia deus aeque bene se habet cum existentia huius obti, et cum eius negatione.

10.m argu: quo magis aliquis est bonus

Eo magis propendet ut sua bona comunicet alijs meliori modo, quo possit; sed deus est infinite bonus, ergo infinite propendet ad se comunicandum optimo modo, quo possit. atqui hoc non potest aliter contingere, nisi producendo optimum: ergo deus habet infinitam propensionem, et consequenter moralem necessitatem ad optimum. Confirmatur ex eo, quod deus sit summe liberalis; sed summa liberalitas est summa inclinatio ad donandum: ergo deus habet summam inclinationem ad donandum. atqui summa, et perfectissima liberalitas est, ad donandum melius: ergo etc.

Obijcis aliorum solutionibus, quae huic argumento exhibentur, respondeo distingdo ma; Eo magis propendet ut sua bona comunicet alijs meliori modo, quo possit, et dependenter omnino a libertate, et dominio comunicantis: concedo ma: cum dispendio libertatis, et dominij comunicantis: nego ma: Ubi advertendum est nos loqui de eo, qui est infinite bonus, qualis est deus, non enim negamus, posse esse aliquem bonum, finitum, et creatum, qui habeat talem propensionem ad comunicandum sua bona, quae pertingat necessitatem moralem, qualem habet homo famelicus ad manducandum si aliunde sit vitae cupidus, quam si amittat, non obtinebit Regnum, quod ambitiosissime concupiscit.

ad confirmationem respondetur liberalitatem dei, non consistere in tali propensione vehementissima dei ad donandum, quae reddat summe difficilem partem oppositam, nil enim deo difficile est; consistit ergo in facilitate ea, quam habet deus ad donandum, quam retardare non possunt ea circumstantiae quae bonorum largitionem difficilem reddere solent

si Deus velit suā liberalitatē exercere. Contendimus autem aeque velle, ex perfectissima libertate, quam Deus habet, posse se flectere ad alterā partem, si se ad illā determinet pro suo libito propter motiua, quae suae mensi possunt occurere, ad nō praestandū aliquod bonū, et ad nō producendā aliquā creaturā. et eodē modo respondendū est, quotiescunq. ab aduersarijs extollatur propensio, et inclinatio, quā Deus habet ad comunicandū se creaturis.

II.m Argu: sapientissimus artifex, nō solū in actu 1.o sed etiā in actu 2.o debet perfectissimū opus in lucem edere. sed Deus est sapientissimus artifex, nō solū in actu 1.o sed etiā in actu 2.o. ergo debet perfectissimū opus in lucem edere, et consequenter morali necessitate tenebitur ad optimū; Respondetur 1.o eo argumento probari, metaphisicā necessitatē ad producendū optimū, nā sicut metaphisice necessariū est, quod Deus sit sapientissimus artifex, ita metaphisice necessarium erit, quod ponat in re perfectissimū. Respondetur 2.o eo etiā probari in ijs rebus, in quibus itur in infinitū teneri Deū producere, quantū possit optimū, ne maneat insipiens in artefactis.

Respondetur 3.o ex conceptu Dei, non peti, quod sit sapientissimus artifex in actu 2.o, hoc est, semper hic, et nunc operans optimū; sufficit enī, quod possit perfectissimo modo, et perfectissima opera operari, si se ad ea operandū determinet; quamuis ergo Deus hic, et nunc optimū nō operaretur, quia pro sua libertate omittit eā operationem, est sapientissimus artifex, quia potest eā operationē exercere, et hic, et nunc exercebit, si velit eā ponere. et hoc videmus in creatis. nō enim quis amittit rationē excellentissimi artificis, ex eo, quod nō semper operetur meliora artefacta, quae possit

12m Argu: desumitur, ex mirabili huius universi pulchritudine, quae divini opificis, sapientiam, et ingenium comendat. nil enim pulchrius, nil perfectius, nil elegantius excogitari potest. et ita opera quae fecerat, ab ipso deo, in exordio mundi approbantur, et erant valde bona. Respondetur, 1o dando, quod deus de facto produxerit optima, et meliora, unde colligitur, quod id fecerit morali necessitate coactus. Respondetur 2o. id ex dictis constare potuisse deum his speciebus, quas produxit alias addere, quibus mundus esset pulchrior, et elegantior. Respondetur 3o. ex suppositione a Deo intenti, hunc mundum esse elegantiorem et meliorem. deus enim voluit manifestare suam peritiam et omnipotentiam ut quatuor v.g; et ad hunc finem nil melius producere potuit, quam hunc mundum, cum perfectione ut 4or, alia omitto, quae ex dictis deducuntur.

ad finem sciendum est patrem Ribadeneiram duo docere. 1m est ex suppositione, quod producta sint aliqua contingentia dari in Deo necessitatem moralem, ad praestandum alia. hanc doctrinam multis exemplis confirmat. Petrus v.g. qui per longissimum spacium vixit honestissime omne peccatum lethale vitans, et gratiam baptismalem conservans, et levissimas culpas expians saepissime per confessionis sacramentum, in extraneis iam constitutus, et tentatus a Diabolo, si petat a Deo humiliter auxilium efficax, ad perseverandum, tunc proculdubio obtinebit, et necessitabitur deus moraliter ad illud concedendum.

aliud, si his circumstantiis adiungas beatam virginem omnia sua merita interponendo, a Deo filio petere petro collationem talis

auxilij efficacis, pro articulo tanti momenti? aliud, si beati omnes, cuncta sua merita id postulantes Deo proponantur; certe in hijs circumstancijs datur sufficientissimum fundamentum ad prudentissime iudicandum Deum tale auxilium concessurum, et consequenter dabitur in Deo necessitas moralis qualiter nos eam explicuimus per fundamentum sufficientissimum, ad iudicium prudens. omitto alia exempla, quae apud ipsum videri possunt. certe hoc non est contra doctrinam huc usque a nobis statutam, nam loquuti sumus de necessitate morali, absolute, et simpliciter, et nulla facta suppositione docet praeterea dari necessitatem absolutam, ad ea rerum genera, quarum perfectio compensari non potest per alia, genera rerum. explicat suam conclusionem: si ex toto omittatur productio huius generis, ens creatum dabitur in rerum natura solus Deus, et consequenter non dabuntur, tot perfectiones extensive loquendo, quotquot darentur, si illud genus saltem, ex parte produceretur, similiter genus hoc, substancia creata intellectualis et talis. ut non possit in rebus dari tanta aestimabilitas, quanta daretur posita substancia creata intellectuali, habet itaque Deus moralem necessitatem absolutam, et independenter a suppositionibus contingentibus, ut haec genera existant in rebus, non quidem, ut existant in aliqua specie determinata infima, neque ad hoc, ut existant in tali numero individuorum, sed ad hoc ut non deficiant aequate. haec quidem et contra doctrinam, a nobis statutam, omnia enim, quae attulimus. ostendunt, sive ex toto, sive ex parte, potuisse Deum omnino libere, tam physice quam moraliter non producere ens creatum, et substanciam intellectualem

licet hæc genera nō compensentur, per alia. quid ultra

Controversia 4ª de Libertate Divinæ Voluntatis.

Disputatio 1ª

an deo competat Libertas?

Et quanta sit difficultas in investigando constitutionem divinæ volitionis exponitur.

Caput 1m

Deum esse Liberū ex fide, et ratione naturali convincitur.

Constat. ex multis scripturæ sacræ testimonijs deum esse liberū. nam Danielis 3º dicebant, tres illi pueri; potens & deus nos de manibus tuis o Rex liberare: quod si noluerit etc. potuit itaq; deus nō liberare pueros illos, at tamen liberavit. Psalmo 93. deus ultionū libere egit. et sic in pluribus alijs, veteris testamenti locis. Eadē veritas in novo testamento confirmatur. 1ª ad Corynthios dicitur: hæc autē omnia operatur unus, atque idē spiritus dividens singulis, prout vult, hoc & pro liberæ voluntatis arbitrio, nō pro necessitatis obsequio, ut explicat divus Ambrosius. ad Ephesios 1º. operatur omnia Dū consiliū, voluntatis suæ. explicat Stus Thomas

quod autem operamur ex Concilio voluntatis, non ex necessitate volumus. habemus ergo clare expressam divinae voluntatis libertatem in divinis Oraculis; et consequenter haec veritas fide divina credenda est.

Ex quo deduces quam male errasse Arlem 8° Phisicorum, et alijs in locis asserentem, deum operari necessitate naturae coactum, et ideo motum nunquam cessasse, quia primus motor, ex quadam necessitate operabatur. Sequuti sunt Arlem alij philosophi posteriores, Theofrastus, Avicena, Averroes, et Porphyrius; nonne fuere alij haeretici blasphemi, qui eundem errorem amplecterentur, nempe ~~avila~~ Awaylardus, et Ubiclefius apud Ubaldensem; Lutherus, Bucerus, et Calvinus, apud Card. Belarminum tomo 3°, et libro 3°. de gratia, et libero arbitrio. Et si forte aliqui Catholici negarunt Deo liberum arbitrium, non sunt credendi negasse Deo libertatem, sed solum indifferentiam circa bonum, et malum, quam per liberum arbitrium significari existimabant.

ratio naturalis, eandem ostendit veritatem. 1° quia libere operari arguit in agente perfectionem simpliciter simplicem; sed nulla deest Deo, perfectio simpliciter simplex: ergo illi deesse non potest libertas ad operandum. maior probatur, quia libertas in operando arguit dominium in agente, sicut extra necessitas ad operandum arguit subiectionem agentis ad opus, quatenus trahitur a principijs, quibus nequit resistere circa operis effectionem. Atqui nobilius, et perfectius est, subordinare sibi principia operis, et illis uti prout libitum fuerit

quam ab illis trahi sub eisdem ordinari, quod libere operari arguit in Agente perfectione simpliciter simplicem.

2°. quia a divino Intellectu, proponuntur Creaturae, tanquam obta, cum quibus aeque bene posset Deus existere, at non existere; sed eo ipso, quod eo modo proponantur, non potest, non esse Libertas in Deo: quod in Deo datur libertas. maior est Certissima, quia Creaturae proponuntur cum meritis placendi, at cum meritis displicendi in Ordine ad existentiam; omne enim bonum finitum, et limitatum, mille abundans Imperfectionibus eo modo proponitur ab Intellectu Infinito et summe perfecto Judicanti de rebus. sicuti ipsae res sunt in se, minor probatur, quia si species hoc modo proponantur, non est unde divina voluntas necessitetur. non ab Intellectu, quia hic proponit obtum cum Indifferentia, non a bonitate obti, quia haec est finita, et limitata, et mille abundans Imperfectionibus.

3°. quia oportet deum summe bonum non solum esse optimum in genere naturae, sed etiam in genere moris; atqui bonitas moralis non potest sine libertate consistere est enim unum ex principalissimis illius constitutivum: quod Deus habet libertatem, alioquin non esset Ens omnium optimum, in genere moris.

4°. quia nulla gens est adeo barbara, quae non curaverit suorum deorum flectere voluntatem ut averterent mala, et bona desiderata concederent; hoc autem non praestarent Barbari, et Rustici homines, si lumine naturae non constaret deum habere libertatem. asserendum ergo est hanc voluntatem esse notissimam, et lumine naturae consequibilem

Hic omitto Quaestionem quae ab alijs disputatur. Et an nimirum, bene et per legitimam consequentiam, liberum ex volitivo inferatur.

Sunt enim aliqui opinantes volitivum esse essentialiter inseparabile a libero, ita ut implicat contradictionem produci a Deo volitivum non liberum, quasi in fralissimo conceptu voluntatis Libertas involvatur. Hanc inquam Quaestionem omitto. quae in libris de anima propriam sedem occupat, neque etiam inquirimus, an libertas divina univoce conveniat cum libertate creata, quae graviores difficultates nostri Instituti propriae, nos vocant ad quarum discussionem pro temporis brevitate iam accingimur.

Caput 2m.

Quanta sit difficultas in investigando Institutionem actus liberi divini

tunc nostra voluntas exercet libertatem actualem, quando homo ita amat bonum sibi propositum, ut sub eadem cognitione intellectus, sub qua homo elicuit amorem, possit non habere amorem, imo, et habere possit positivam nolitionem, et actum odij: quo respueret illud obtum; unde ille actus amoris quatenus ita existit, ut potuerit non existere vocatur, et est actus liber; quod si ita existeret, ut non possit voluntas esse sine illo esset narcis, nec facile possemus percipere qua ratione idem actus voluntatis esset inseparabilis a voluntate et tamen liber esset ru illius, et per illum denominaretur voluntas libere amans.

hoc quum ita sint, insurgit difficultas in disquirendo qua ratione divina voluntas libera sit, in suis actibus: nam vel actus divinus liber, de existia mundi identificatur adaequate cum ipso Deo, vel identificatur adaequate, cum aliquo Creato vel partim cum Deo, et partim cum aliquo Creato: nil autem horum affirmari posse videtur. non 1m, quia quod est adaequate ipse Deus, non potest non existere, actus autem liber potest non existere, quia aliter non esset liber. non 2m. nec 3m, quia actus liber Dei, est aeternus. non potest autem esse aeternum, sed in tempore incipiens sit, quod est adaequate aliquid Creatum, et Complexum ex increato, et Creato. ecce duobus verbis proposita difficultate, nunquam satis soluta vel solvenda.

quum actus liber Dei potuerit non esse; id enim exigitur ex formalissimo Conceptu Libertatis; disputant nonnulli, an volitio divina, libera, possit appellari contingens; negativa parte sequuntur Vanes, 1a parte. Quaesti 14. articulo 13. Pa molina ibidem ~~Quaestione~~ disputatione 1a. Pater Suarez. disp 20 metaphysicae, nu: 43. Magister Alvares, disp 24. de auxiliis et aliis. 1o quia contingentia sonat indifferentia, ad esse, et non esse; divina autem volitio est immutabilis. 2o quia illa dicuntur contingentia, quae eveniunt praeter providentiam, et determinationem operantis non autem sic eveniunt liberae Dei volitiones: ergo etc.

affirmativa partem sequuntur, Pater Vasquez 1a parte, Quaesti 99. nu 16. Cardi: Belarminus libro 3o de libero arbitrio, Capite 17. Pater Salas 1a 2a. tractatu 3o disp 1a nu: 84o.

apud quos Scotus, et alij, nō illud dicitur absolute, et simpliciter contingens, quod potuit nō esse; atqui actus Dei liber potuit nō esse: qr. ett. Et hanc Quaestionē esse de solo nomine omnes vident. in Ea asserendū est, volitionē Dei liberā, esse contingentē, prout contingens opponitur necessario, et impossibili, nō vero esse contingentē, prout contingens accipitur pro mutabili, vel casuali, omnes itaq; asserere debemus volitionē Dei liberā, nō esse necessariā, et consequenter potuisse nō esse in Deo, et in hoc sensu Eā frequenter appellamus contingentē.

actus liber Dei, esse debet aliquid reale praestans Deo, verā, et realē denominationē, libere volentis mundū. v. g. unde ab initio huius controversiae adverto nō esse audiendos, qui dicunt actū Dei liberū completi per respectū rationis, qui sine aliqua imperfectione potest adesse, et abesse, et quamvis hic oppinandi modus posset subire aliquā explicationē, non indignā, plurium, et gravium Authorū mente, qui ita iudicant, statim reijciendus est; nā velle Dei liberū, per nullā formalē, et actualē consideratione intellectus ita concipientis constituitur; antecedenter enim ad quamlibet considerationem actualē intellectus, actus liber in ratione talis constitutus est, praestans Deo verā, realem, et proprissimā denominationē libere volentis. et qdē quū ad illā consideratione debeat praecedere aliquod fundamentū, hoc appellamus, et debemus appellare actū Dei liberū.

forma, per quā Deus constituitur libere volens debet esse vitalis, quū omnis forma praebens denominationē intelligendi, aut volendi, sit forma vitalis, ut apud omnes Philosophos, et Theologos compertū. unde fit, quod Ea forma

debet esse Immanens, intra Deum, quum omnis forma vitalis ex proprio, et essentialissimo conceptu, petat esse intra suppositum, quod denominat. iam ergo apparet difficultas. nam si haec forma est, intra ipsum Deum, vel est realiter ab ipso Deo distincta, vel realiter cum ipso Deo identificata. si est realiter a Deo distincta, Deus erit compositus, et non gaudens simplicitate reali, quod est absurdum ingens, quum omne, quod est intra Deum sit Deus, et realiter identificatum cum Deo;

si est realiter identificata cum Deo, non erit contingens in existendo, et consequenter non libera; omnis enim forma, quae denominat suppositum libere volens, potuit non esse. atqui omne, quod est intra Deum, erit identificatum cum ipso Deo, non potest non esse: ergo ea forma non erit contingens, et libera, sed omnino necessaria, qua ergo ratione dicetur liberum Deo, quod non potest non esse in Deo; perpetuus ergo impendet utrinque terror, hic enim praemit defectibilitas, et contingentia, quae est de essentiali conceptu libertatis; inde vero necessitas, et indefectibilitas in essendo, quae competit essentialiter cuicunque perfectioni divinae, quae quocunque se vertat ingenium, adest a fronte lapsus, et a tergo praecipitium. haec ergo est omnium Theologiae difficultatum maxima, in qua post aliorum pericula cautiores facti nobiles, et ingeniosi Theologi potius eligunt, propriam ignorantiam fateri, quam obscuris terminis quaestionem confundere.

hac in re, tot sunt sententiae, quot capita; duodecim fere discrimina sententiarum, referuntur, quarum difficultatum recensere longissimum esset; hoc scias ad duas classes, omnem opinandi modum reduci. sub 1a comprehenduntur sententiae, quae docent per nihil extrinsecum a Deo realiter distinctum ~~constitui~~ constitui vel compleri liberam Dei volitionem, in ratione talis, sub 2a, continentur sententiae, quae requirunt

aliquid extrinsecum, ut actus dei liberi, in actu 2°, constituatur, quin faciantur adaequate constitui per aliquid intrinsecum; sub hijs duabus classibus ingens sentenciarum varietas includitur.

Disputatio 2a

an volitio Dei libera constituatur per aliquid realiter ab ipso Deo distinctum, et ipsi intrinsecum;

Caput 1m

Sentencia Caetani refertur, et expenditur.

Caetanus, hic, articulo 2° et 3°, ~~et 2°~~ et 3a parte. Quaest. 1a articulo 1° asseruit actum dei liberum, scilicet totum quod dicit, esse quandam perfectionem deo intrinsecam, realiter defectibilem, et realiter ab ipso deo distinctam, veruntamen si deesset deo, (ut potuit) velle producere hunc mundum, deesset quidem deo aliquid reale, intrinsecum, non tamen deesset aliqua perfectio simpliciter, sed aliqua perfectio voluntaria, et omnino libera; hunc autem defectum non esse absolute defectum appellandum, ex eo convincitur, quia oppositum eius actus, nempe deum nolle producere mundum est aequalis perfectionis in deo,

unde deus nolens producere hunc mundum non esset minus perfectus, quam modo est, quodque loco volitionis quam modo habet, nolitionem haberet oppositam aequalis omnino perfectionis cum volitione quam modo habet, non expressit clare, et distincte Cayetanus, an haec perfectio, quam vocat voluntariam, liberam, scilicet quid et extensivam, identificetur vere, et proprie, et realiter cum ipso deo, an ab ipso realiter distinguatur. Comuniter tamen video citari Cayetanum tanquam asserentem eam perfectionem esse intrinsecam, et deo superadditam, et ab ipso deo realiter, sive ex natura rei distinctam.

quamvis non desint aliqui doctores

qui sententiam Cayetani ad bonum, et probabilem sensum trahere tentent. Eam tamen eo modo propositam, quo eam 8. praecedenti retulimus graui censura notant alij Theologi, ut testatur Pater Fassolus, 1a pte. Quaesti 19a articulo 3o dubitatione 6a nu. 38. Pater Montoya disp. 13. de voluntate sectio 1a. nam Banes eam appellat non bene sonantem, Medina ab omnibus reprobatam, Fonseca aliquanto audaciorem, et parum tutam, Molina parum in fide securam, piarumque aurium offensiuam, Valentia merito ab omnibus reiectam, tanquam absurdam, Pa. Suarez non digne sentientem de Deo, et nullo modo probandam, Pater Vasquez nulla ratione defensabilem, Eamque damnant Arrubal, Machin, Nauarette, et Salas.

Communia Argumenta, quibus haec sententia improbatur, sunt haec, 1m. Ex Concilio Rheniensi, in quo haec habentur. Credimus, et Confitemur nullas omnino res, siue relationes, siue proprietates, siue singularitates et alia huiusmodi adesse Deo, quae sint ab aeterno, et non sint Deus. ubi clarissime cernitur omne Deo intrinsecum, et ab aeterno in ipso existens esse realiter Deum. atqui Cayetanus ponit in Deo, aliquid intrinsecum, et quod debet esse ab aeterno existens; et tamen, quod non sit Deus, quia est ex natura rei, siue realiter ab ipso distinctum: ergo Cayetani sententia, circa constitutionem actus liberi sustinenda non est. Potest hoc argu. aliquantulum eludi, ut videre est apud Patrem Azziaga, disp. 28, secti. 5a.

2m. Ex ratione, quam Compositionis, et Perfectionis aduentitiae repugnantibus

Deo, nō sequeretur a se ipso nō esse, sume perfectū, sed perfici per aliquid realiter ab ipso distinctū. sequeretur deinde deū, nō minus esse compositū, ex sua substancia, et illis actibus, quā nos, sumus compositi ex nostra substancia, et cognitione. hoc autē dicit imperfectionē in deo; melior enim esset deus, per suā substanciā intelligens, et volens, quā deus habens has denominationes vitales emendicatas, a formis realiter distinctis, et superadditis. deus g° optimus maximus, perfectiori modo intelligit, et vult, quam nos; et consequenter Cayetanica opinio, de perfectione superaddita, ut deus constituatur libere volens, nō est vera:.

Possunt etiā huius generis argumenta aludi, si asseratur deū a se ipso esse undequaque perfectū omni perfectione naria;: quod vero nō sit a se ipso sume perfectus perfectione contingenti, et libera, tantū abest ut arguat imperfectionē, ut potius contrariū arguere videatur, quid enī interest illud, quod est defectibile, et contingens esse realiter distinctū ab ente, omnino indefectibili, et nario, qualis est deus;: quod g° deus perficiatur perfectione contingenti, et libera realiter a se distincta essenter et inhibitū in ipso conceptu libertatis, unde ex conceptu perfectionis deo competenti, nō potest argui, quod actus dei liber, nō sit a deo, realiter distinctus.

neque compositio videtur imperfectionē arguere, nā licet verū sit, realē compositionē inter praedicata omnino naria, esse deo indignā, at a deo penitus excludendā: nō tamen compositionē, quae resultet ex praedicatis narijs, et ex alijs defectibilibus, et contingentibus. neq; ex eo convincitur deū habere aliquid potencialitatis, quia ij actus nō recipiuntur in deo, tanquā in subto vere, et proprie, tali; deus enī se haberet

tanq; trus intrinsecus, rū unionis ad eū modū, quo verbū rū unionis Hypostaticae de facto nō est subtū, sed terminus pure intrinsecus illius. nō go videtur Cayetanica opinio concedere aliqd, quod sit contra dei simplicitatē, et perfectionē.

Caput 2.m

Cayetanica opinio refellitur;

Judicio hanc opinionē penitus declarare exiguo nostrae mentis captui difficultatē divinae libertatis, neq; in hac vita nobis assuefactis rerū creatarū speciebus apparere aliā viā clariorē, pro huius difficultatis decisione. adhuc tamen, qa longe altius de divina libertate sentiendū est, quā de nostra; neque debet esse regula mensurandi perfectionem dei infinitā, et illimitatā perfectio creaturarū exigua, finita, et limitata, existimo eā opinionē esse penitus ~~ex~~ rejiciendā. nō eū, qa melius utcunque nos per eā percipiamus divinae libertatis exercitiū, statim viro phaeologo ea placere debet; et qdā, quis audebit sententiā amplecti, quā tot, et tam graviū doctorū stili cruentarunt, et Ponson. quiere decir stilus, refellitur go sententia, qa quamvis argumentis, quae capite superiori breviter attigimus, videatur aliqualē solutionē exhibere; lumen tamen ipsū naturale ostendit, omnē a Deo realem compositionem intra ipsū deū esse abigendā, in ijs, ni mirum, quae pertinent ad intrinsecā suā perfectionē, et statū: quū autem esse volens pertineat ad intrinsecā dei perfectionem, et status actualiter volendi contingat intra ipsū Deum, qa est status exercitij vitalis, et Jmanentis nō potest admitti in exercitio actualiter, et vitaliter volendi ~~actualis~~ compositio realis, licet alioqui admittatur in ijs, quae extra ipsū deū evenire possunt.

Hijs go argumentis in sua

probabilitate relictis, sic argumentor contra Cajetanum. consideremus Deum in aliquo priori indifferentem, ut velit, aut non velit, producere mundum: accedat aliud signum posterius, in quo libere se determinat ad creandum mundum. rogo; illud quod advenit, supra volitionem necessariam, et realiter a Deo distinguitur, et quod denominat Deum libere volentem mundum. vel est aliquid increatum, vel aliquid creatum: neutrum potest dici: quia etc. = non potest esse aliquid increatum, nam omne increatum est divinum, ac proinde non potest esse a Deo realiter distinctum: sed hoc, quod supraduenit, est a Deo realiter distinctum: quia non potest esse aliquid increatum. = rursus; omne increatum est nario existens; sed hoc, quod supraduenit non est nario existens: quia hoc quod supraduenit, non potest esse aliquid increatum.

deinde non potest esse aliquid creatum, quia nil ~~ex~~ creatum existit ab aeterno, sed actus Dei liber existit ab aeterno; quia actus Dei liber, non potest esse aliquid creatum. maior definita videtur, in Capite firmiter de summa Trinitate; et ideo divus Thomas oportune dixit Quaest. 61, arti 2°, solus Deus est ab aeterno, hoc enim fides Catholica indubitanter tenet, et omne contrarium, sicut haereticum refutandum. minor probatur ex illis verbis, ad Ephesios 1°. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. ubi divus Paulus constituit in Deo electionem liberam, sive actum electionis liberum, ante mundi constitutionem, hoc est ab aeterno. possent plurima testimonia afferri ad ostendendum Deum ab aeterno habuisse decretum liberum exequendi, quidquid in tempore ad extra produxit.

infertur itaque ex sententia Cajetani, actum, quo Deus libere vult, esse creaturam

nā omnes nil aliud intelligimus, fere Creaturā, quā realitatē a deo distinctā, in sua Existencia Contingentem, et defectibilē, et in rerū natura positū, pro Libertate dei, sed Cajetanus dicit actū, quo deus libere vult, esse realitatē a deo distinctā, in sua Existia contingentē, et defectibilē, et positā in rerum natura pro Libertate dei; infertur ergo eū esse Creaturā: quū autē nulla Creatura sit ab æterno, tam deducitur deū ab æterno nō esse libere volentem, quod sustineri nō potest;

quū, Ea forma per quā deus constituitur libere volens. debeat esse talis, et consequenter adæquate intrinseca deo volenti, nullū potest asserre Cajetanus, fundamentū ad asserendū Eā nō esse realiter adæqte identificatā cū tota perfectione dei naria: unde si debellemus præcipuū huius opinionis fundamentū, facile deducemus deū nō constitui libere volentē per aliquod prædicatū realiter adæquate ab Entitate dei naria distinctū. = nā ideo poneretur distinctio realis, absolute, et simpliciter talis, inter perfectionē dei nariā, et liberā volitionē, quatenus eis conveniret Capacitas realis, ad prædicata realia de se Contradictoria.

atqui cū hac Capacitate potest stare identitas realis, inter prædicata, et formalitates: ergo hoc fundamentū, nullū est, ad adstruendū in deo distinctionē realē absolute talē inter perfectionē dei nariā, et liberā Eius volitionē. maior est unicū adversariorū fundamentū; nā ex eo, quod Entitas

et perfectio divina, sit naria, et indefectibilis: determinatio vero, et volitio libera sit, contingens, et defectibilis, quae sunt praedicata contradictoria, inferunt adversarii, velle dei liberum, non esse aliquid divinum, sed per aliquid adaequate distinctum a divinitate constitutum iri.

minor autem probatur, quia formalitates dei naria, nimirum, relationes, essa, et attributa, sunt idem realiter inter se, quum tamen in relationibus, et praedicatis absolutis detur capacitas ad praedicata de se contradictoria realiter, ut communiter admittitur, et in materia de trinitate ostenditur. rursus inter intellectionem, et volitionem, datur identitas realis, quamvis a pluribus Rrioribus asseratur in eis inesse capacitatem ad praedicata de se contradictoria, nimirum, quod per intellectionem procedat immediate verbum, non autem per volitionem; at extra per volitionem immediate procedat spiritus sanctus, non autem per intellectionem: ergo similiter formalitates dei ~~inesse~~ necessariae possunt identificari cum liberis, licet utrisque conveniant opposita praedicata realia, nimirum necessitas, et contingentia, defectibilitas, et indefectibilitas.

Caput 3.m

Alius discurrendi modus praecedenti affinis reijcitur.

Pater fonseca tomo 3.o metaphisicae libro 4.o capite 8.o, Quaesi 5.a sectione 3.a et pater salas 1.a 2.ae, tractatu 3.o sectione 8. disputatione 1.a quos aliqui Rres imitantur, dicunt actum dei liberum esse formalitatem deo intrinsecam,

reuera defectibilē, quæ tamen ratione sui, neq; perfectionē, neq; imperfectionē entitatiuā importat, sed quandam extensionem, respectū, habitudinē, terminationē, et applicationem liberā, perfectionis nariæ, vel. narij amoris ad obta creata, nō tamen satis explicant hi authores, an hæc extensio, applicatio, vel terminatio importet identitatē realē, vel realē distinctionē, comparatione prædicatorū, quæ in deo naria sunt;

refellitur 1°. hæc sentēcia; nā hæ extensiones (siue quocūq; alio nomine appellentur) sunt aliquid diuinū, vel aliquid creatum: si dicas esse aliquid diuinū. contra d, q^a omne diuinū d nario existens, et omnino indefectibile; sed hæ extensiones nō sunt aliquid, nario existens, et omnino indefectibile; ergo hæ extensiones nō sunt aliquid diuinū. si dicas esse aliquid creatū et realiter distinctū ab entitate diuina. contra d, q^a incidis in absurda, quæ in præcedentibus, contra Cayetanū deduximus. quū autē hi doctores, differant in aliquo, a Cayetano solū impugnabimus eorū doctrinā, quatenus docere videtur illud realiter defectibile esse ~~rea~~ aliquid diuinū, ac proinde cū deo identificatū.

refellitur 2°. repugnat in terminis potuisse realiter esse nihil id, quod modo, realiter d deus, et ens omnino necessariū; aut modo realiter esse deum; id, quod potuit absolute esse nihil; sed iuxta hunc discurrendi modū actus liberi, quos deus exercet realiter, sunt idē cū ente omnino necessario, cui repugnat nō esse simpliciter;

quū tamen potuerint esse nihil, et modo realiter nō exis-
tere: q.r repugnat in terminis id, quod docet hæc sen-
tencia. = Confirmatur; Omni prædicato diuino repug-
nat incipere nō esse simpliciter, postq; semel extitit,
et ideo fatentur aduersarij actū liberū, semel existen-
tē in deo nō posse incipere nō esse simpliciter: q.r a for-
tiori repugnat illi nunq; existere simpliciter. Vnde si
modo identificatur cū deo actus liber, qui modo datur,
semper identificabitur, et nuncq; verū erit, quod potue-
rit nō identificari.

Refellitur 3°: quidqd realiter contingens,
et defectibile simpliciter quoad existiā accipit imperfectio-
nem, et accipit existiam ab alio per realē productionē;
sed actus dei liber nullā dicit imperfectionem; nec simpli-
citer ab alio producitur: q.r nō potest esse prædicatū
defectibile simpliciter quoad existiā; minor, et consequtia
patent. Maior autē lumine naturæ constat, q.a posse nō
existere simpliciter, dicit imperfectionē, et indigentiam
principij realiter producentis; ideo ēn creaturæ sunt
imperfectæ, et ab alio diuersæ naturæ produci de-
bent, q.a contingenter existunt, et possunt absolute
nō esse: q.r. qdqd d realiter contingens, et defectibile
simpliciter quoad existiā, habet imperfectionē, et accipit
existiā per realē productionē; et consequenter nihil iden-
tificatū cū deo potest esse realiter contingens, et defectibile.

Refellitur 4°: nō existere
phisice d malū transcendentale phisicū, oppositū bonitati
et perfectioni phisicæ: q.r posse nō existere phisice, et ab-
solute, d posse esse malū, et imperfectū transcendentaliter
, et phisice

atqui deus nō habet, neq; potest habere malū aliquod, et imperfectionē oppositā bonitati phisicæ. g.r. deus nō habet identificatū secū prædicatū quod possit nō existere phisice, neq; caret prædicato, quod alioqui posset esse secū identificatū phisice, omnia q.o prædicata, quæ cū deo identificantur, aut quæ possunt identificari, sicut sunt bona phisice, et transcendentaliter, ita nō possunt esse mala, phisice, et transcendentaliter, hoc est, ita existunt, ut nunq. possint deficere, et ita existunt, ut nō potuerint nō existere.

refellitur 5.o illud, quod taliter alicui subtū est, ut pro illo arbitrio possit esse nihil, nō est simpliciter infinite perfectū; sed illud, quod est realiter defectibile, taliter est subtū voluntati divinæ ut pro illius arbitrio possit esse nihil: g.r nō est simpliciter infinite perfectū, et consequenter neq; aliquid divinū. Consequentia legitime infertur. maior ex sola apprehensione terminorū clarescit; quis enim nō videat omnē subiectionē, et inferioritatē huius generis esse contra perfectionem, simpliciter infinitā rei, quæ est subiecta, et inferior; nam taliter subijcitur imperio voluntatis, ut pro illius libito possit nō habere summū bonū existiæ.

refellitur 6.o illud, quod nō est absolute, et simpliciter infinitū in genere æterni, nō est absolute, et simpliciter divinū; sed illud, quod est realiter defectibile, nō est absolute, et simpliciter infinitū in genere æterni; g.r. nō potest esse aliquid divinū, et consequenter nō potest identificari realiter cū deo; maior est certissima, q.a omne prædicatū

q. quaderno

q.a omne prædicatum divinum essentialissime petit du
ratione simpliciter infinitam in genere æterni, minor
probatur, q.a illud, quod realiter potest non existere, non
petit essentialiter esse ab æterno, quum potuerit non esse ab æter
no: g.r illud, quod est realiter defectibile, sive illud, quod
potest realiter non existere, non est absolute, et simpliciter infi
nitum in genere æterni.

Ex dictis colligitur 1.o actus dei liberos
non esse ponendos in illis extensionibus, et terminationibus, rea
liter defectibilibus, sive hæ distinguantur a prædicatis ne
cessariis, sive cum illis realiter identificentur; colligitur 2.o verum
esse ratione mirabilis distinctionis virtualis posse formalitatibus
divinis realiter identificatis aliqua prædicata contradictoria
competere, quæ nulla involvunt imperfectione; non tamen esse
verum ratione huius mirabilis distinctionis posse omnia, et
quæcunque prædicata contradictoria involventia imperfectio
nem competere deo. iam autem ex dictis constat defectibilitatem
realem involvere imperfectionem deo indignam.

Disputatio 2.a

An libera volitio Dei constituatur per aliquid extrinsecum.

Caput 1.m Caput 1.m

Explicatur affirmativa sentencia.

Aureolus, acutissimus ingenio phæologus, in 1.m distinctione
47. Quæstione unica, articulo 1.o et sequentibus, et aliis in
locis removet quod a deo ad constitutionem actus liberi om
ne prædicatum, qualitatem, et habitudinem intrinsecam, liberam
et contingentem, quæ potuerit non esse in deo, nam ut sponte fa
tetur, quidquid est in deo, illud est narium simpliciter, et absolute,
quum est ipse met deus, et de absoluta necessitate est deus,
quidquid est deus. asseruit ergo decretum dei liberum, sive libera eius
volitione, non importare ex parte dei, nisi naria illa volitio
nem, in deo existentem, quæ quia nario complacet in sua
essentia, consequenter etiam complacet, in omni entitate creata

et Creabili.

Unde illa divina volitio naria est indifferens ad hoc Obtum, et illud Obtum, quia ex se est equalis, et indifferens volitio omnium volibilium, ut autem sit potius determinata volitio huius, quam alterius, determinatur per productionem potius huius, quam alterius. quatenus producendo hoc Obtum, terminatur ad illud, et producendo aliud terminatur ad aliud. hanc Aureoli sententiam non parum illustravit Pater Vasquez 1a Pte disp 8a Cap. 2o ubi ait si dicat decretum liberum compleri per respectum rationis, per hunc respectum intelligit denominationem extrinsecam, desumptam ab Obto Creato, quia frequens est huic doctori denominationes extrinsecas, entia rationis appellare. Omisso tamen vocabulo, attendendus est nucleus doctrinae patris Vasquez.

Pater Arrubal disp 54 Capite 3o Pter Turrianus disp 2a dubio 4o et alii, ex nostris doctoribus magis explicatam Aureoli mentem tradiderunt. Dicunt ergo decretum dei liberum, sive liberam eius volitionem, non compleri per ipsum terminum, et effectum productum, sed per actionem, et causalitatem, media qua producitur, quia quum actio videatur habere aliquam prioritatem ru termini, et effectus, qui per ipsam producitur, ante ipsum terminum, et effectum productum iam est totus actus dei liber constitutus. Itaque differunt hi doctores, a Patre Vasquez in eo, quod hic nomine Creaturae, per quam actus dei liber constituitur, intelligat hanc actionem, qua Creatura producitur, quam ipsam Creaturam productam: alii vero judicent, terminum productum iam esse extra totam rationem actus liberi, imo esse idius effectum.

Pater Herisse disp 16 magno ingenii acumine hanc sententiam propugnandam suscepit

et licet asserat, Auraeoli sententiam, non in omnibus esse probandam, nihilominus iudicat Eum non esse alienum a bono sensu, et in Eum bonum sensum esse trahendum. Fusissime explicat suam mentem, quam postea abiberunt nobiles, et Ingeniosi Patres. Ex quorum mente, haec breviter colligo. 1° Docent omnem formalitatem Deo intrinsecam esse prorsus naturam. 2° docent Deum operantem ad extra non habere prius natura actum aliquem internum, qui sit intrinsece determinatio Dei, ad actiones omnes exteriores. nam alioqui hae actiones non essent contingentes, sed naturae. 3° docent determinationem Dei ad operandum ad extra, non esse adaequate ab ea operatione distinctam, sed illam intrinsece includere. 4° docent nullum actum divinum praecise spectatum sed formalitates Deo intrinsecas esse efficacem ra Creaturarum; unde actus divinus praecise, et sed se spectatus, non est aliud, quam infinita Dei delectatio de se ipso, et simplex complacentia ga Creaturas possibiles. 5° docent amorem Dei efficacem, et liberum in esse efficacis, et liberi, includere essentialiter aliquid extra Deum. nam talis amor in genere esse efficacis et liberi, est, defectibilis, et solum id, quod est extra Deum defectibile est.

Ex quibus tandem concludunt actum illum naturam divinum, quo Deus se amat, et natura complacet in Creaturis possibilibus habere summam, infinitam, et omnem perfectionem in ratione amoris; est enim amor omnium decenter amabilium, et notitia omnium nobilium quoad sufficientiam; compleri tamen in esse amoris efficacis, et liberi, circa existentiam Petri. v.g. vel per ipsam existentiam Petri. actualiter exercitam, vel per actionem productivam terminatam ad existentiam Petri. Ubi notabis iuxta hanc sententiam existentiam Petri, et actionem eius productivam, non procedere ab aliquo amore in actu 2°, libero, qui sit talis intra Deum, sed ab aliquo

amore, qui sit simpliciter narius, et liber, quoad producendum, et non producendum ad extra.

Caput 2m;

Impugnatur hac sentencia.

Judico hanc sentenciam explicare libertatem dei, quoad producendum, et non producendum creaturas: non tamen explicare dei libertatem, quoad volendum, et non volendum. quum ergo in sacra scriptura comendentur libera dei volitiones, iuxta illud psalmi 113. omnia, quaecunque voluit, fecit. sapientiae 11. quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses; Exodi 33. miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit. sustinenda proinde non est huiusmodi sentencia, sit ergo hoc certum, deum cum omni proprietate velle producere creaturas; sed in hac sentencia non potest saluari, quod cum omni rigore, et proprietate vellet producere creaturas; alio ergo modo explicandus est, actus diuinus liber, nam totus conatus ponendus est in explicando, qua ratione deus, sit liber in volendo, et non volendo, productionem, et non productionem creaturarum.

Impugnatur 1o: nam ut Petrus producatur, debet in deo praecedere hic actus, volo Petrum produci; sed iuxta hanc sentenciam, ut Petrus producatur, non praecedit in deo hic actus, volo Petrum produci; ergo iuxta hanc sentenciam, non bene explicatur actus diuinae libertatis. maior debet esse certissima, nullus enim negat debere in deo praecedere volitionem producendi Petrum quidquid sit de constitutiuo huius volitionis. minor probatur, quia aggregatum resultans ex complacentia dei naria in creaturis possibilibus, et ex entitate Petri non potest constituere illam volitionem, qua deus dicat, volo

Petrū Bodueve, q̄ nō potest percipi quomodo existat
Petri extrinsece adiuncta complacentia Dei naria congli
fiat hunc actū, volo Petrū Bonere. nam existia ipsa De
ri, nō ē forma totaliz, aut partializ voluntis, quare
ipse producatur.

Impugnatur 2ª p.: ex hac sententia infer
tur, Deū ab eterno nō voluisse creare mundū. Item nec ha
buisse ullā scientiā futurorū, ſ̄ solū in tempore, q̄do mundi
et creatura existunt; q̄ queruy ē hereticū. q̄ sta sententia
sustineri nō potest. maior probatur, q̄ voluntas libera de
creando mundū dicit tanq̄ partem essentialē, qua
constituitur, ipsa existia mundi; ſ̄ hoc existia mundi,
non fuit ab eterno: q̄. neq; ida voluntas libera fuit
ab eterno. idem argumentū circa scientiā liberā formari
potest, qua q̄d fuit ab eterno, q̄ tamen oblū esset quod
ni esse libera constituitur, nō fuerit ab eterno.

Confirmatur.: Ponamus de
Petrū conuertendū esse crax, et arguimentor sic.: Deus, iuxta
hanc sententiā, nō potuit scire Petrum conuertendū
esse crax, qua oppositū: q̄. falsa ꝑ. ant. probatur, q̄
q̄do tale ē forma scibili Petrū nō esse conuertendum,
qua forma scibili Petrū esse conuertendū, et potest illa
forma nil aliud dicere, nō magis scitur, Petrū esse conuer
tendum, qua nō esse conuertendū. ſ̄ ab eterno solū ē forma
scibili Petrū esse conuertendū, et nō esse conuertendū: q̄. a Deo
nō potuit scitur vnū, qua alterū. nā ab eterno, iuxta
hanc sententiā, sola ē entitas naria Dei, qua ē scientia
naria, ex se apta, vt Deus sciat Petrū esse conuertē
dum crax, et vt sciat oppositū.

Respondent, ꝰ aduersarij
aliqua concreta dari, que vt existant actu, non exigunt
ea, a quibus denominantur existentia actu, nam propo
situs hodie affirmans solem crax oriturū ē vera,
q̄ tamen nullus potuit, q̄ si ē pars constitutiua veritā
tis, nō existat hodie, ſ̄ existuerit sit crax: similiter
q̄ hodie dicitur hoc flenex, ab anno precedenti hoc

quū tamen hodie nō dentur anī illi praecedentes:
q.ᵒ similiter potuit ab aeterno dari volitio divina
libera, licet ab aeterno nō fuerit forma ea extrin
seca, per quā, tanq. per partem constituitur. = nā
eodem modo de concreto libere volentis in deo, ac
de alijs concretis, philosophandū ꝯ;

Contra ꝯ, q.ᵃ si cum
omni proprietate loquamur, nō dantur nunc simul
hoc concreta, licet comuni modo loquendi signifi
cemus ea dari; senectus enī vere, et proprie nō eris
propter annos praecedentes quibus vixit; idē de propositio
ne vera asserendū ꝯ; hodie enim, nō datur veritas
adaequate, licet a nobis appelletur vera, talis et talis
propositio, quū vero ab aeterno detur in deo, et volitio
libera creandi mundū, et scientia libera futurorū
contingentiū, cū omni rigore, et proprietate, nō potest
sustineri sententia, quam modo impugnamus, q.ᵃ
iuxta eam solū saluatur, quod attendendo vulgari
modo loquendi possimus dicere eas in deo dari,
nō autū quod dentur cū toto rigore metaphisico.
= nisi forte dicas volitionē dei, et scientiā eius
liberā esse ens quoddam successiuū, nō petens omnes
suas partes, actualiter existentes, quod q.dū sustine
ri nō potest.

Respondent 2.ᵒ futuritionē rei, quae ab aeter
no datur, et esse partē illius volitionis, et illius scientiae
in esse liberae. Contra ꝯ 1.ᵒ q.ᵃ futuritio in suo fralissi
mo conceptu, duo importat. Vnū est, praesentia
crastina conuersionis; et aliud est, quod neque

antecedenter ad diem Crastinum, neq; ab æterno fuerit Conversio Petri = sequitur q° ab æterno nō fuisse eam, futuritionem adæqte sumptā, et consequenter eā volitionē, et eā scientiā ab æterno nō fuisse adæqte constitutā = 2° q.a si attendamus illud, quod ab æterno datur, solū ꝯ Entitas dei necessaria, et negatio Conversionis Petri; atqui dei Entitas necessaria et negatio Conversionis Petri nō possunt esse determinativū ad volendū, et cognoscendū potius Conversionē, quā nō Conversionē Petri. q.r deus ab æterno nō vult, neq; cognoscit, potius Conversionē, quā nō Conversionē Petri.

Itaꝯ 3° deus iuxta hanc sententiā, nō minus erit Creans ad extra ab æterno, quā ab æterno sciens actiones in tempore futuras, sed hoc dici nō potest, quodq̄ inter omnes Theologos compertū ꝯ, deum ab æterno nō esse Creantē ad extra: q.r falsa ꝯ Eiusmodi sententia, maior probatur, et Charitatis gratia supponamus id, quod plerique adversariorū admittunt, nimirū actionē Creativā dicere in recto actū dei internū Connotantē in obliquo aliquod complementū Creatū; sic argumentor: deus dicitur ab æterno sciens, q.a datur in deo forma intrinseca sciendi, ex eo omnino indifferens complebilis tamen per actionē, aut terminū in tempore ponendū, sed etiā in deo datur forma intrinseca Creandi, complebilis per trū extrinsecū ad extra ponendū: q.r deus tā erit ab æterno Creans, quā ꝯ ab æterno sciens.

Caput 3.m

Impugnatur Veterius Eadem sententia

neque satisfaciunt. Pater Herisse, et eius assectatores asserentes, nullum ab aeterno esse in deo actum liberum, realiter, aut ratione a nario distinctum, sed immediate ex volitione illa naria, in tempore prodire creaturam sicut actus liber creatus immediate procedit a potencia libera sine ulla alia determinatione actuali nam rogo an deus ab aeterno decraverit aliquid speciale de creando hunc mundum, potius, quam non creando absolute aut de creando alio diverso; de mittendo filio suo magis quam non mittendo, aut de mittendo potius spiritum sanctum; de segregando divum Paulum non vero Judam, magis quam de contrario, an non;

Si dicas non dari ab aeterno hoc speciale decretum, et specialem hanc segregationem, quia iuxta hanc sententiam volitio naria est, amor omnino indifferens omnium amabilium, et sequeretur tamen segregatio divi Pauli, quam segregatio Judae nam utraque segregatio in statu possibilitatis est sufficienter amabilis. Item tam amabilis est existencia alterius mundi, quam huius, et incarnatio verbi quam patris, et spiritus sancti, et sic de aliis, quae deus de facto non voluit. Itra est, quia haec doctrina est contra omnem bonam, et catholicam theologiam. quis enim dicere audebit, quod si deus a creatura rogaretur (supponamus unam creaturam ante totum mundum fuisse productam) quem mundum domine specialiter creare decraevisti. deus responsurus esset

nullum ~~hunc~~ huc usq; specialiter creare decreui. et sic de alijs obtis.

et falsum esse ostenditur, quum apostolica buccina clamet. elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. in quibus verbis, et in pluribus scripturae testimonijs, quae afferri possent, sciatur in deo amor quidam specialis, et electiuus decernens potius unum obtum quam aliud: anteq. Exequtioni mandetur. si dicas aliquid speciale decreuisse circa existiam mundi potius, quam circa non existiam, et eodem modo circa alia obta; manifeste infertur volitionem illam, non esse solum ex parte dei, volitionem illam nariam aeque indifferentem ad omnia volibilia, et ad sua contradictoria sed volitionem quandam determinatam, et specialem eligentem potius unum, quam aliud, hoc potius extremum, quam suum contradictorium.

Impugnatur ergo eadem sentencia: ex illa sequeretur, non posse deum rem eandem in varios fines destinare sed hoc est falsum: ergo et sentencia falsa est. maior probatur, et ponamus exemplum in incarnatione, quae reuera deseruire potest, tanq. medium congruentissimum ad ostendendam diuinam omnipotentiam, et ad exaltationem humani generis, et ad remedium originalis peccati. et similiter potest exemplum poni in gloria, quae potest conferri propter remuneratione meritorum, et propter liberalitatem diuinam. sic argumentor. rebus omnino invariatis tam intra, quam extra deum, implicat deum contrarias denominationes subire; sed iuxta hanc sentenciam rebus omnino invariatis, tam intra quam extra deum subiret deus.

Contrarias denominationes: q. ett.

Minor huius proximi sillmi probatur, q.do deus vult Incarnationem ad ostensionem suae omnipotiae, et q.do vult eandem Incarnationem, ad remedium Originalis peccati, deus non variatur intrinsece — iuxta hanc sententiam, neq. extrinsece, q.a eadem Incarnatio, sive volita, propter ostensionem omnipotiae sive volita propter remedium Originalis peccati: q. rebus omnino invariatis, tam ad extra, quam ad intra deus subiret contrarias denominationes nimirum, volentis Incarnationem propter ostensionem suae omnipotiae, et non volentis eandem Incarnationem propter ostensionem suae omnipotiae, sed propter remedium Originalis peccati: Item volentis Incarnationem, propter remedium Originalis peccati, et non volentis eandem propter remissionem Originalis peccati, sed propter alium motivum. Itaq. sive Incarnatio sit volita propter hunc, sive propter alium finem, eadem omnino praedicata manent, tam ex parte dei, quam ex parte Incarnationis. et idem discursus circa gloriam formari potest.

hoc argumentum multum vexat doctores adversae partis, adeo ut cogererit nostrum Vasquez disp. 82. capite 6.o nu. 26. et 27. et disp. 89. nu. 86. asserere non posse deum homini habenti merita dare gloriam, et non propter merita, et homini oranti, et petenti gratiam dare gratiam, et non propter preces. Itaq. si deus confert gloriam homini merita, habenti, nario debet conferre propter merita, et si confert gratiam homini oranti, et petenti, nario debet conferre propter ipsius preces, et non ex liberalitate, sive ex quocunq. alio motivo. — et q.a iuxta hanc sententiam, non potest resultare novus actus liber, sine nova mutatione

in Extrinsecis obtis recurrunt ad revelationes, et modos quosdam in rerum natura positos, indignos viro theologo. ut videre est, apud nostros doctores.

Pater Herisse Rex pon

Et dari actionum diversitatem, quodcumque interveniunt diversitationes extrinsecas, sufficientes ad diversas actus liberos constituendos. itaque quando gloria confertur propter merita, diversa actione producitur gloria, ac quando confertur propter solam liberalitatem. = Sed contra est, quia actio solum diversificatur a principio formaliter effectivo, et a termino producto. Sed quando gloria confertur propter merita, et propter liberalitatem, datur eadem gloria, ac idem principium formaliter effectivum, quod est omnipotentia: quia et eadem actio, omnis enim alia volitio, sive huius finis, sive alterius extrinsece se habet ut actionis, qua gloria producitur, quae solum deservit ad applicandam omnipotentiam; et diversitas harum applicationum, non variat intrinsece actiones

impugnatur 4° quia

hi doctores faciunt valde ridiculam efficaciam divinorum actuum: quia reperiendi sunt, ante probatur. quod deus efficaciter vellit, in sententia horum doctorum, nil est aliud fratissime, quam quod deus aliquam creaturam efficiat, sicut hominem esse album, nil aliud est, quam deum habere albedinem. Unde quando in sacra pagina comendatur deum omnia quaecunque voluisse fecisse, et nullum esse, qui possit divinae voluntati resistere, intelligendum est deum facientem et operantem non posse non facere, et operari, ac si quis diceret omne album habere albedinem. hoc autem non explicat efficacem divinae voluntatis

virtutem

ut est Evidens, quia si de musca loquamur, verum est dicere facere omnia, quaecunque facit. omitto plura alia ad cuius sententiae impugnationem consulat, qui voluerit. Patrem Arriaga disp. 28.

Disputatio 4a.

Sententia P. Suarez et aliorum in Examen adducitur.

Caput 1m

Exponitur haec sententia.

Pater Suarez, disp. 30a. metaphi. sect. 9a. statuit 1o. deum vere, et proprie, et sine aliqua metaphora velle libere, et amare ea, quae libere vult, et consequenter liberum voluntatis actum, cum toto rigore competere deo, 2o. statuit deum velle libere creaturas, actum quodam realis suae voluntatis, qui realiter, et adaequate cum sua essentia, et voluntate identificetur, quodquidem deus non potest esse volens, sive se ipsum, sive quamcunque rem per aliquid, quod in re non subsistat, et vere in ipso non sit, et consequenter, quod non realiter, et adaequate cum sua substantia identificetur. et hoc ait esse Evidentissimum in scientia libera, quia deus non intuetur creaturas, nisi per scientiam suam, tanquam per formam (loquamur more nostro) reali, et sibi intrinseca, et consequenter secum ipso identificata. 3o statuit deum eodem omnino actu realiter, simplicissimo, et indivisibili, et absque ullo reali augmento, et diminutione eius velle omnia, quae vult, et nolle, quae non vult, sive nario sive libere ea vellet, cum hoc tamen discrimine,

quod ad Deum, et Eius divinas perfectiones feratur nario: ad Creaturas vero libere terminetur, 4° statuit ratione huius liberae terminationis ad Creaturas, in eo stare, quod quum sit actus purissimus in se, sufficienter constitutus ob sui Eminentiam habet quodquod et nariu, ut sit volitio Petri, quia ~~quod~~ pro suo arbitrio potest terminari ad Petrum, et non terminari ad Petrum, quin quando de novo terminatur ad Petrum habeat aliquid de novo, ac quando non terminatur.

hoc quod in se difficillimum videtur, ita explicatur; considera voluntatem divinam esse quandam formam, aut quasi formam, quae quidem totam suam intrinsecam entitatem, tota et in Deo, et consequenter et ipse Deus, adhuc tamen, non nario confert suum effectum formalem, volendi Creaturas, mundum. v.g. quam Eius contradictorium, quia et in potestate illam habentis tendere per illam, aut non tendere mundum, unde, quamvis non communiter videamus omnem causam formalem nario praebere suum effectum formalem, tamen propter sui Eminentiam habet Deus quod sua volitio possit praebere, vel non omnes effectus formales, nempe terminari potius ad mundum, quam ad suam negationem, non potest negari. Praeterea Suarez altissime censisse de Deo, nam ponit in ipso vitam permanentem, et intrinsecam tendentiam in obtum ~~neg~~ ~~ad~~: negari vero non potest hunc discurrendi modum debere maiorem lucem accipere, sicut enim resurgit difficultas. actus Dei liber, nil addit supra nariu: quando amat libere nil habet, quod non haberet quando non amabat. ~~Praeterea~~ Pa: Suarez illum amorem in entitate esse nariu, positum tamen esse in potestate Dei ob sui Eminentiam, quod terminetur, aut non terminetur libere, ad Creaturas. Sed contra, sic argumentor: illa terminatio libera ad Creaturas

vel distinguitur ab ipso actu nario, vel non distinguitur, si 1m dicas, incidis in sententiam Cajetani, si 2m dicas impossibile est manere in entitate actu nariu, et dlu non esse libere volentem.

occurrit pr. Suarez nu. 46. quamvis volitio libera dei non distinguatur a naria, nilo minus involvit causalitatem ad creaturas et ideo prout terminatur ad creaturas, non est simpliciter naria; sed contra quae peto a patre Suarez. ut mihi explicet distincte. et clare an volitio illa, prout est libera, et prout terminatur ad creaturas, includat tanquam partem sui essentialem causalitatem, et actionem productivam creaturarum, vel an solum respiciat creaturas, tanquam purum terminum extrinsecum; si 1m est verum, inciditur in sententiam patris vasquez iam superius impugnatam, si 2m: quia tam naria est terminatio illa, ac est entitas naria dei.

Nobiles, et Ingeniosi RR. res. qui hanc sententiam illustrandam susceperunt, ut hanc difficultatem explicent, asserunt posse esse aliquam contingentiam quoad denominationem in praedicato intrinseco, quin sit in illo contingentia sed intrinseca entitate. nam potest habere contingentiam in praebendo, et non praebendo denominationem, quae ad hoc dependet ab aliquo extrinseco connotato, quem forma praebens eam denominationem habeat aliquam contingentiam, sed sit in sua entitate naria. et hanc doctrinam pluribus exemplis hinc, et inde petitis confirmant. relatio enim praedicamentalis adaequate identificatur cum subto iuxta aliquorum sententiam, quum tamen pendeat ab existentia termini ut denominet subtum relatum; duratio etiam est eadem cum entitate, et existentia rei durantis, non tamen denominat rem durantem, nisi existente extrinseco tempore cui res correspondeat.

Caput 2m.

repellitur hoc sententia.

hoc sententia si recurrat ad causalitatem extrinsecam, et actionem productivam creaturarum, tanq. ad praedicatum aliquod essentiale constituens deum libere volentem, ut sic intelligatur defectibilitas, et contingentia divinae volitionis liberae impugnanda de his fundamentis, quae contra doctrinam patris vasquez adduximus. et certum de patre suarez. non intendisse actum divinum liberum in esse talis per aliquid creatum, et extra deum esse constituendum. quapropter tota mens huius sententiae de actu liberum, totum deo intrinsecum, totum adaequate cum deo identificatum, et totum narium in existendo esse contingens in denominando, quia connotatum extrinsecum, ad quod terminatur, de contingens, et defectibile in existendo.

sic argumentor 1°. contra hanc sententiam illud extrinsecum a quo dependet, actus liber in esse liberi non de ipsius constitutivum, ut fatetur opposita sententia: quia deficiente illo extrinseco manet actus liber, in esse liberi et consequenter bene intelligetur deus libere volens producere mundum, quamvis intelligatur oppositum mundo, consequentia probatur, quia permanentibus omnibus rei constitutivis, permanet res constituta; sed deficiente illo extrinseco, et permanentibus aliis permanent omnia constitutiva dei libere volentis producere mundum: quia deficiente illo extrinseco, manet actus dei libere volens producere mundum, et consequenter deus erit libere volens producere mundum, quamvis intelligatur oppositum mundo.

Respondent connotatores. asserri existiam mundi tanq. trum actus liberi divini; ac proinde neq. potest dari, neque intelligi actus dei liber, sine illo extrinseco, non tanq. forma, et constitutivo sui, sed tanq. termino extrinseco; et ~~quod~~ videmus, inquiunt, hoc, in actione, quae neque existere, neq. intelligi potest, sine termino producto, et tamen non constituitur per trum productum; et in cognitione

quae neq; existere, neq; intelligi potest, sine suo obto, et tamen cognitio, ut s. repraesentatio quaedam vitalis, nō constituitur per suū obtū, quid go mirū, quod haec doctrina, quam in creatis comuniter admittimus, applicetur actui libero divino;

Sed contra s., qa entitas actus divini liberi, nō dependet ab existia mundi, sicut actio dependet a tro producto, et cognitio a suo obto: gr. existere potest vere, et realiter entitas actus, quo deus vult producere mundū, quamvis nō detur existia mundi, ant probatur, qa nil divinū dependere potest ab aliquo defectibili, et contingenti; sed entitas actus divini liberi s., aliquid divinum: gr. ett. unde deficienti existia mundi, ut revera deficere potest, qa s. defectibilis, et contingens, permanebit actus dei liber volens producere mundū, qui s. aliquid sume necessariū, et adaequate cū deo identificatū: quū autē hoc sit implicatoriū, sequitur, quod nō sit essa tota actus liberi, entitas omnino naria, vel quod haec difficultas nondū ab his doctoribus explicatur.

Contra s. 2°, qa fatemur esse aliquas entitates, quae nō possunt existere sine eo, quod existat trus quē respiciunt, ut videre s. in actione, et in cognitione: contendimus autem, quod sicut nullo modo illae entitates constituuntur per existiā suorū trorū, ita nō destruuntur ex praecisa et immediata ablatione suorū trorū, unde fieri potest hypotesis, in qua tollatur existia termini, et quod permaneat omne aliud, distinctū ab existia tri. quū go dei actus liber nō constituatur per existiā mundi, si faciamus hypotesim, in qua nō detur existia mundi, nō sequetur immediate, et via constitutionis destructio actus liberi dei; et consequenter deus libere efficaciter erit volens existiā mundi, quamvis nō detur existia mundi, quod s. absurdū rursus: quū actus dei liber nō connectatur, neq; dependeat ab existia mundi, et haec sit defectibilis, et contingens, potest dari casus possibilis, in quo nō detur existia mundi, et quod deus vellet libere producere mundū, quod s. implicatoriū.

Argumentor 2°: id, quo praecise pereunte perit effectus formalis, s. constitutivū effectus formalis. sed praecise pereunte eo extrinseco, perit actus inesse liberi: gr. id extrinsecū, nō s. merū connotatū. sed constitutivū actus liberi

in esse liberi, maior est, principium mihi evidentissimum. nam id quo praecise pereunte perit: effectus formalis est pars intrinseca illius. si enim non esset pars intrinseca illius, non esset ratio, cur periret totum; totum quippe perire non potest, nisi pereunte aliqua parte constitutiva illius. minor deinde probatur; si mundus implicaret, aut si nario existeret, eo ipso non esset in deo actus liber, circa creationem mundi: quia praecise pereunte illo extrinseco periret, actus in esse liberi. Antecedens probatur quia si implicaret mundus, manifestum est deum non posse habere actum liberum efficacem creandi mundi; et si mundus foret necessarius, non posset intelligi, quomodo daretur in deo actus liber efficax creandi mundum, quia id, quod se tenet, tam ex parte dei, quam ex parte mundi esset narium.

Confirmatur tota nostra doctrina. tota essa actus divini liberi est ~~entitas~~ entitas naria, sive actus dei narius: quia sive detur mundus, sive non detur mundus, dabitur actus liber. Antecedens est evidens iuxta hanc sententiam. nam omne aliud extra deum est merum connotatum extrinsecum, non autem praedicatum essentialiter constituens actum liberum, consequentia probatur; data tota essa adaequata rei, datur res tota, sive detur, sive non detur aliud, quod est extra essam rei; sed data entitate naria dei, sive actu dei nario, datur tota essa actus liberi creandi mundum, sive detur, sive non detur futuritio, et existia mundi: quia data praecise entitate naria dei, sive actu dei nario, dabitur actus liber creandi mundum, sive detur, sive non detur futuritio, et existia mundi; quomodo quo intelligetur actum liberum potuisse non esse in deo, si praecise constituatur per entitatem ipsius dei naria.

Comunis responsio est, actum liberum, non pendere quoad entitatem, ab extrinseco connotato, pendere vero quoad denominationem; et consequenter deficiente extrinseco connotato deficere actum dei liberum in denominando,

nō vero perire quoad intrinsecā Entitatē. Sed contra est 1°, quia actus dei liber nō pendet ab extrinseco Conōtato ut sit; quia nō dependet ab extrinseco Conōtato, ut denominet, consequentia probatur; quodcunque res est vere potest denominare, eo modo quo est; sed independenter a quovis extrinseco Conōtato, deus re ipsa est volitio libera mundi: quia independenter a quovis extrinseco Conōtato deus, re ipsa dici potest libere volens mundū; nā si denominatio nulla ratione includit mundū, consistet intrinseca denominationis absque mundo. Contra est 2°. quia denominatio est verū Ens, et vera Entitas realis: quia implicat perire denominationem, et nō Entitatē.

Disputatio 5ª

Per quid Constituatur dei actus liber.

Caput 1m

nostra sententia depromitur, et Explicatur.

iā Instat oportunitas sententiā nostrā depromendi, circa constitutionē actus divini liberi, postquam aliorū praecipuas sententias Impugnavimus; fateor me nō meminisse omniū, quae huc usque inventae sunt, circa Explicationē huius difficultatis. ideo autē nō memini, quia longissimū esset eas omnes recensere, et quia iā labentis nostri Curriculi meta nos cogit ut tandē explanemus, quid in praesenti Contentione sentiamus. iterū meis auditoribus persuasū esse velim, hanc esse omnium Ingeniorū Crucem, et omniū Theologiae diffi-

cultatu maxima. ut no miretur, si quid inexplicatu a nobis relinquatur.

Existimo go volitione dei liberam esse deo penitus intrinseca et realiter cu ipso deo identificata. hoc persuadent argumenta omnia, quae in superioribus disputationibus adduximus. qui en dat deo volitione intrinseca, et ab eo realiter distincta, no bene sentit de deo, et de eius eminentissima perfectione, et incidit in incomoda, quae contra Cayetanu deduximus. qui autem libera dei volitione complet per aliquid extrinsecu, non volitionem, sed libera operationem deo tribuit. est go difficultas in componendo qua ratione, cu suma necessitate dei stet, actus intrinsecus liber.

ad cuius explicatione considerandu et cu ptre suarez. velle dei, quu sit infinitu, tam sub ratione entis, quam sub ratione volendi, habere ex vi sua simplicissima, quod sit actualis volitio omniu volibiliu, et actualis nolitio eoru omniu, quae possunt nolitione terminare. ita quod volitio intrinseca dei sit volitio petri, et nolitio eiusdem; et sit volitio petri ob hunc fine, et ob aliu contrariu, imo ob omnes fines deo possibiles; ~~qua~~ cu quo stat, quod quamvis intrinsece sit volitio omniu, non tamen semper denominat deu intrinsece volentem omnia, qa licet illa entitas volitionis sit varia quoad esse, no tamen quoad denominare. unde licet in deo sit intrinseca volitio rei no futurae, no tamen denominat deu, libere volentem rem no futura.

fateor hoc plene percipi no posse; applicandus tamen est totus mentis conatus in eius expositione; revocandu et in memoria, in deo esse distinctionem quanda mirabile virtuale, in ordine ad verificanda praedicata ex se contradictoria, cuius, in varijs locis meminimus, ratione cuius cu suma identitate reali aequivalentia datur, distinctionis formalis, actualis. ad hunc go modu, sciendu et in deo esse contingentia quanda virtuale, ratione cuius deus aequivalet entitatibus formaliter defectibilibus, et contingentibus

unde fiet, quod sicut res indistincta formaliter, beneficio virtualis distinctionis potest comunicari, et nō comunicari, produci, et nō produci: ita perfectio formaliter nāria, ratione contingentiae virtualis, poterit denominare, et nō denominare.

Hoc clarius explicatur. contingentia virtualis est, per virtutē, et aequivalentiā praestare quidquid praestat contingentia formalis. unde sicut entitas formaliter contingens, contingenter denominat subtū, cui inest, ut videre est in volitione creata: eodem modo entitas, quae licet in se nāria sit, se tamen gerit, ac si posset deficere, est contingens virtualiter. Ex quo fit, quod ratione huius contingentiae volitio, quoad entitatē nāria, possit denominare, et nō denominare deū libere volentē, quia deus cū sua volitione, ita se gerit, ac si realiter possit deficere.

Itaq; apprehendendū est deū in 1° signo rationis habere, volitione perfectissimā omniū volibilium, quoad entitatē volitionis, nō tamen pro eo signo specialiter denominare deū volentē omnia, nisi duntaxat suas divinas perfectiones, quia volitio illa in ordine ad creaturas, ita se gerit, ac si contingenter esset, et ac si posset deficere. in 2° signo rationis decernit deus creare mundū, v. g. tunc denominatur deus libere volens creare mundum. quid habet deus de novo, quod nō habebat in priori signo rationis; hoc est mirabile in deo. nil habet reale de novo, virtualiter tamen habet totū actum, id est, ita se gerit, ac si de novo contingenter adveniret actus.

Casu autē, quo libere nollet creare mundū, quid ei deficeret; entitati reali, nil; virtualiter tamen deficeret totus actus, id est, in ordine ad effectum huius denominationis libere volendi mundum, perinde esset, ac si totus actus deficeret. deus quo formaliter amat libere mundū per suū actū intrinsecū, ut virtualiter defectibilem, non tamen virtualiter deficientē

formalis itaq; denominatio libere amantis tria includit, nimirum, actum intrinsecum dei, defectibilitatem virtualem, hoc est, potentiam ad se gerendum, ac si deficeret, et quod actus ille virtualiter non deficiat, hoc est, actu, non se gerat, ac si deficiat.

Caput 2m.

Veterius sententia nostra declaratur.

Diximus. totam denominationem libere amandi mundum tria illa includere, quae breviter percurrenda sunt; includit actum dei intrinsecum, qui sicut est intrinseca volitio omnium volibilium, ita est id, per quod possit potius amare mundum, quam eius negationem. includit defectibilitatem virtualem in actu 1o, quia si non esset defectibilis virtualiter, actus nullam haberet contingentiam, quam petit habere actus liber, ut liber, alioqui esset actus undequaq; necessarius. includit non deficientiam virtualem, nam hic actus solum potest denominare deum libere volentem mundum, quando non deficit virtualiter; quia ut actu denominet, non debet actu deficere virtualiter; et consequenter, ut actu denominet, dicit carentiam deficientiae virtualis.

Ex quo fit, quod si deficeret deo denominatio formalis volendi creare mundum, nil formale deficeret deo formaliter, sed virtualiter tantum. ratio est, quia denominatio formalis libere volendi creare mundum, nil aliud addit formale, supra actum intrinsecum, et necessarium, formaliter in deo existentem, nisi quod hic non deficiat virtualiter; sed de ratione defectus virtualis est, quod nil formale deficiat formaliter; quia ex solo defectu virtuali deficit in deo, denominatio formalis volendi libere creare mundum; et hoc maximopere notandum est, nam ex eius intelligentia pendet solutio Argumentorum, quae contra nostram doctrinam objici possunt. in hunc discurrendi modum inclinavit Pater Suarez, dum satis profunde dixit actum intrinsecum divinae voluntatis esse veluti quandam formam, quae potest praestare innumeros effectus formales, quos tamen non necessario praestat, sed pro libito ipsius dei, quia licet in se sit amor huius obti, et etiam odium; ut tamen deus

amet, aut habeat odium, non sufficit, si in se habeat entitatem, quae sit amor, et odium; sed narium est, quod eam habeat eo modo quo potest reddere suum effectum formalem, quumque illa non posset reddere effectum formalem amandi, potius hoc speciale obtum, nisi sit, non solum secundum formalitatem, sed etiam secundum virtualitatem, sequitur quod denominatio formalis amandi possit deficere, sola illa virtualitate deficienti.

quum autem deus possit facere pro suo arbitratu, quod illa entitas secundum hanc denominationem deficiat virtualiter, si id, deus efficiat, non erit formaliter liberae amans, ad maiorem huius claritatem suppone esse veram sententiam aliquorum Thomistarum asserentium actum voluntatis posse uniri secundum unam rationem, et non secundum aliam. suppone deinde esse entitatem, quae sit volitio, et nolitio Petri, si haec mihi tantum uniatur, ut sit volitio Petri, et non ut nolitio, tantum denominabit et volentem Petrum, quamvis in me esset entitas, quae esset nolitio Petri. ad hunc quoque modum, quamvis in deo sit actus, qui sit volitio, et nolitio Petri, potest deum denominare volentem, et non praestare effectum formalem oppositum, quia non est applicatus secundum omnes rationes, quas in se continet; applicatur autem quando sit virtualiter non deficiens.

hanc sententiam Ingeniosis Doctoribus probatam video. et eius meminit et eadem explicuit Pa: Herisse, disp. 16. cap. 4. probatur breviter: contingentia virtualis, nullam dicit imperfectionem, deo indignam, et ea admissa recte componitur necessitas divinae perfectionis, cum eius libertate: quia admittenda ~~esse~~ naria est, et per hunc discurrendi modum sequitur actus divinus liber explicandus est, maior probatur: distinctio virtualis, ut suppono ex comuni in hac tempestate Theologia, nullam dicit imperfectionem

10 quaterno

nullā dicit imperfectionē: q.d. neq. contingentia virtualis. consequentia hoc probatur; nō minus pugnat cū identitate distinctio, quā contingentia cū necessitate, sicut enī distinctio tollit identitatē. ita contingentia necessitatē. atqui stat bene sumā identitas realis, cū distinctione virtuali: q.d. et sumā necessitas cū contingentia virtuali.

ideo enī cū sumā identitate reali stat, distinctio virtualis: q.a distingui tantum virtualiter est, entitatē eandē ita se habere, in ordine ad aliqua praedicata, ac si vere distingueretur. q.d. ex eo, quod entitas sumē naria, quū revera nō deficiat, ita se gerat in ordine ad aliquā denominationē, ac si deficeret, aut posset deficere, nil incomodi necessitas accipiet, nā si quod eadē res nempe: natura et paternitas praestat id, quod apud nos duplex entitas distincta facit, dicitur distingui virtualiter: ita q.a eadē volitio naria praestat id, quod apud nos praestaret, duplex entitas, formaliter contingens, habebit distinctionē, et contingentiā virtualē nā quis neget, tam praedicata contradictoria esse ex se, velle, libere et nō velle libere, nō posse deficere volitionē, et posse deficere volitionē, quā comunicari, et nō comunicari.

Confirmatur; haec propositio est vera, et absolute, et simpliciter admittenda, deus formaliter libere vult; atqui nō potest stare conceptus amoris liberi absq. aliqua contingentia: quodquidē ea forma, quae nō potest nō esse, nō potest nō denominare: q.d. aliqua contingentia admittenda est in deo: nō autē contingentia formalis, q.a haec dicit imperfectionē: q.d. admittenda est contingentia haec virtualis. itaq. praedicatū formale amoris liberi praescindit a contingentia formali

aut virtuali, in nobis quidem dicit contingentiam formalem, propter imperfectionem, et limitationem; in deo vero, ratione suae infinitatis, et evidentiae, contingentiam duntaxat virtualem. atqui hoc modo videtur aliquam subire explicationem immensa haec difficultas: quare hoc modo explicandus est actus dei liber.

Caput 3.m

Argumento potissimo solutionem

Exhibemus.

gravissime in hanc sententiam invehuntur RR.tes S. immerito tamen, quia altissime sentit de deo, et eius infinitae consulit perfectioni. videamus, quid contra illam nobis obiciunt, obiicies 1.o: deus ita amat libere formaliter, ut possit non amare: quare casu quo deus non amaret, non esset amor libere formaliter in deo; quare deficeret aliquid formale in deo; consequentia probatur; deficeret amor liber formalis; sed amor liber formalis, est aliquid formale: quare deficeret aliquid formale in deo. non autem dici potest, quod aliquid formale in deo existens deficeret: quare possit currendi modum infinita dei perfectio deprimitur, et actus eius liber non explicatur.

confirmatur; casu, quo deus non vellet libere existentiam mundi, non esset in deo formaliter haec denominatio, deus vult formaliter

libere existiā mundi: q.d. formaliter deficeret hoc denominatio; atqui hoc denominatio est aliquid divinū, et cū ipso deo adeqte identificatū, qdoq.dē totus actus divinus liber est deo intrinsecus, et cū deo identificatus, adeqte ut nos admittimus: q.d. deficeret formaliter aliquid divinū, et cū deo adeqte identificatū. nā vero, est formaliter eadē denominatio ⊕ vel nō est. si est. amabit deus frāliter libere mundū, quod est contra suppositū. si nō est frāliter; deficiet formaliter, et pseqter aliquid divinū erit, formaliter defectibile, quod qdē dici nō potest;

hoc argu: est potissimū. quod ptra nostrā sententiā torqueri potest; et quod totā huius rei ptinet difficultatē. Pro deo concedendo 1m entimema, et distinguendo psequens adiunctū = deficeret aliquid formale in deo, quoad entitatē nego psequtiā; quoad denominationē concedo psequtiā. distinctio clara est ex dictis. = potest alio modo iuxta doctrinā datā responderi. deficeret aliqd formale in deo, quoad denominationē libere volendi, concedo psequtiā: deficeret aliquid formale in deo, quoad entitatē, subdistinguo psequens; formaliter, nego: virtualiter, concedo psequtiā. itaq. qdocūque deus nō amat libere mundum manet in deo integra ratio amoris mundi quoad entitatē, nō tamen denominat deū frāliter libere amantē mundū.

ratio est q.a actus amoris, ut reddens frāliter deū amantē, nō solū importat

Entitatē actus, et fralitatē illius, sed Entitatē actus, et fra
litatē illius, ut nō deficientē virtualiter; unde propter
solū defectū virtualē. etsi maneat fraliter Entitas
amoris nō denominat, neq. constituit Deū amantē, q.a hoc
denominatio, deus amat libere fraliter dicit Entitatē,
et formalitatē actus diuini intrinseci, et defectibilitatem
virtualē, et nō deficientiā virtualē. Casu autē, quod
deficiat illa diuina perfectio virtualiter, nil dei
formaliter deficiet quoad esse, siue quoad Entitatē,
sed quoad denominare. id est, nō denominat fraliter
q.a deficit virtualiter.

quū Eū positū sit in potestate
illius diuinae perfectionis, comunicare, et nō comunicare
suū effectū fralē, siue praestare, et nō praestare qdqd
praestat libera volitio creata, potest deficere denomi
natio fralis, quin aliquid deficiat fraliter in Deo,
nā quod volitio illa, nō comunicet suū effectū fralē
libere volendi, et quod nō se gerat in ordine ad effec
tū formalē denominandi, qliter se gerit volitio creata
nō est, quod deficiat aliquid formale Entitatiuū illius
volitionis, sed solū quod deficiat aliquid virtuale, siue
quod Entitas illa virtualiter deficiat. hoc est, nō se
gerat in ordine ad mundū, qliter se gerit voluntas
creata, qdo habet formā actualē volendi; unde vide
bis posse in Deo deficere denominationē formalem
quin deficiat formaliter aliquid diuinū, et formaliter
in Deo existens.

ad confirmationē Rpetur. concedendo form
aliter deficere denominationē amantis libere, neq.

in hoc concedendo, aliquod inveniens agnoscimus, velle enim liberum, claudit contingentiam, et defectibilitatem, non autem propter hoc asserimus deficere formaliter aliquod deo, quia ut dicebamus formalis denominatio amandi claudit in se ipsa virtualem non defectum illius actus divini intrinseci; unde eo ipso quod deficiat virtualis actus, formaliter deus non amat; neque formaliter est denominatio libera amandi: est ergo ut iam diximus volitio libera formalis, actus intrinsecus, defectibilis virtualiter, virtualiter tamen non deficiens, et consequenter volitio libera, est actus ipse intrinsecus, virtualiter non deficiens in ratione volitionis et nolitio est actus ipse intrinsecus, virtualiter non deficiens in ratione nolitionis. unde solum ob defectum, vel non defectum virtualem supra actus formalitatem stat in deo, denominatio, vel non denominatio formalis amandi libere, vel odio habendi.

Instabis: denominatio libere volentis vere, et realiter a Deo separatur; deus enim modo non est, vere, et realiter libere volens alium mundum; sed separatio realis arguit distinctionem realem formae a subiecto: ergo actus divinus liber non est, cum deo adaequate identificatus, et ab ipso deo realiter indistinctus, quodquidem est vere, et realiter separabilis; et consequenter per hunc defectum virtualem actus divinus liber, non explicatur. hic enim defectus virtualis, et quaecumque distinctio virtualis, impertinens videtur, ad difficultatem praesentem extricandam, quia lumen naturale nos docet realem separationem esse argumentum realis distinctionis, et per distinctionem virtualem non posse eandem rem, realiter existere, et realiter non existere, deficere realiter, et non deficere, realiter, ut nos

ipsi docuimus. disp: 2a. Capite 3°.

hoc et alijs eiusdem generis argumentis utitur pater Arriaga disp. 28. sect. 4.a tota difficultas stat in eo, quod denominatio libere volentis vere, et realiter, a Deo separetur; et consequenter erit verum, quod aliquid divinum vere, et realiter a Deo separetur. = Respondeo, concedendo denominationem libere volentis vere, et realiter a Deo separari. hoc est, vere, et realiter non esse in Deo actualem denominationem formalem volendi alium mundum, negando deinde mi: separatio enim huius denominationis non arguit realem separationem formae denominantis. nam aliud est denominationem esse formaliter contingentem, et re ipsa vere, et proprie defectibilem; et aliud est, entitatem formae esse formaliter contingentem, et re ipsa defectibilem. 1° est verum, et 2m falsum.

Itaque datur ingens discrimen in Deo, et in Creaturis. nam quodcumque in nostra voluntate deficit denominatio libere amandi, deficit realiter, et formaliter forma, et effectus formalis, sive denominatio: in Deo autem qui habet formam, quoad entitatem naturam, et virtualiter tantum contingentem, potest deficere realiter, et formaliter, denominatio libere amandi, quin deficiat entitas illius formae, quae est simpliciter naturaliter existendo, et virtualiter tantum contingens in denominando. Unde non bene arguitur in Deo, debere aliquid formale et divinum realiter deficere, ex eo, quod in Deo non detur realis denominatio libere amandi; quod sit, an bene inferatur, in Creaturis ex reali defectu denominationis, et effectus ~~reali~~ formalis, realis defectus formae. Ex quo plane deducitur, non esse impertinentem distinctionem virtualem, et contingentiam virtualem, ad praesentem difficultatem extricandam.

Caput 4m.

alijs argumentis solutionem paramus.

Obijcies 2o ex Aureolo, Vasquez et alijs: implicat rebus omnino invariatis verificari duo contradictoria, ut est principium evidentissimum; verificatio enim duorum praedicatorum, sibi repugnantium, et contradicentium aliquam in rebus variationem expostulat; sicut enim implicat, quod res eadem, eodem modo, existentes sint, et non sint; ita implicat, quod praedicata contradictoria sustineant. atqui de deo, possunt verificari divisim duo praedicata contradictoria, nempe velle libere Petrum, et non velle libere Petrum: ergo debet aliqua variatio esse in rerum natura: haec autem in deo non potest esse: ergo debet esse in nobis; et frequenter actus liber variabilis et contingens, per aliquid deo extrinsecum constituitur.

iam ostendimus disp. 3a capite 3o. non esse necessariam extrinsecam mutationem in obiectis ad diversitatem actuum dei liberorum, quia bene possunt actus liberi diversi, ad idem omnino extrinsecum obiectum terminari. nos ergo latet quid iuvet ad actum dei vitalem, et immanentem extrinseca in obiectis variatio. = Respondetur ad argumentum distinguendo ma: implicat rebus omnino invariatis, tam formaliter quam virtualiter verificari 2o praedicata contradictoria concedo: ma: rebus invariatis formaliter non vero virtualiter. nego ma: quodcunque ergo, ac verificatur de deo, quod vellet libere Petrum, datur variatio quaedam virtualis diversa ab ea, quae datur, quando non vult libere Petrum, quae virtualis variatio, ex doctrina tradita satis intelligitur et colligitur.

Obijcies 3o. ex parte praeterisse, et alijs: distinctio et contingentia virtualis, debet esse in deo, inter praedicata

nō virtualiter, sed formaliter existentia in ipso deo, ut constat in paternitate, et essentia, quae formaliter in deo sunt, licet distinguantur virtualiter. Sunt ergo in deo formaliter, aliqua praedicata, quibus conveniant haec contingentia, et distinctio virtualis, ex quo fiet, quod quando deficit perfectio, quae est contingens virtualiter, aliquid formale in deo deficiat quia deficit illa volitio, quae est formaliter in ipso deo; hoc argumentum contendit debere deficere formaliter illam perfectionem, quae est virtualiter tantum contingens, quando illa deficit virtualiter, in quo multum fallitur.

Respondetur admittendo libenter, distinctionem, et contingentiam virtualem convenire rationibus formaliter in ipso deo existentibus; formaliter enim est in deo, praedicatum nolitionis, et volitionis cuiuscumque obiecti, quia actus divinus, sive ipso est actus formalis volitionis et odii Petri. Haec tamen ratio, quae formaliter est in deo, nempe formalis volitio, etc. est virtualiter in entitate contingens; ac proinde potest existere formaliter, et non praebere suum effectum formalem, quia virtualiter deficit. Itaque sicut reperiuntur formaliter in deo praedicata, quae sunt distincta virtualiter, nempe essentia, et paternitas: ita reperiuntur formaliter in deo, volitio, et nolitio, quae sunt contingentia virtualiter. Quando ergo ea volitio non communicat effectum formalem libere volendi, non deficit formaliter ea volitio, quia tota in deo persistit, sed solum deficit, secundum hanc contingentiam virtualem.

Objicies 4° ex eodem, et pluribus aliis Doctoribus: implicat formam esse communicatam subito et non praebere suum effectum formalem; sed volitio Petri, quae est veluti forma denominans, deum amantem Petrum

semper, et nario est in deo; quia non potest non praebere semper et nario, effectum formalem amandi Petrum; et consequenter semper et nario deus erit amans Petrum. maior videtur evidentissima; nam effectus formalis, nil aliud est, quam forma comunicata subto; minor deinde certissima est, quia volitio Petri, quae est forma denominandi deum amantem Petrum, habet semper realem identitatem cum ipso deo; et quidquid cum deo habet realem identitatem, semper, et nario est in deo.

Respondetur, distinguendo maiorem: implicat formam esse comunicatam et non praebere suum effectum formalem, si comunicetur absque aliquo defectu virtuali, concedo maiorem; si comunicetur virtualiter deficiens: nego maiorem: eodem modo neganda est minor: quia volitio Petri quae est forma deum amantem Petrum denominans semper et nario est in deo, cum defectu virtuali: concedo minorem: semper et nario est in deo, sine defectu virtuali: nego minorem. Unde non infertur, quod ea forma, semper et nario denominet, quia eo ipso quod sit virtualiter contingens ac deficiens in entitate denominat contingenter ea ratione quasi vere deficeret.

Objicies 3.o id quod est in se sub aliqua ratione tantum virtualiter, non potest constituere aliud formaliter: sed volitio Petri, quae datur in deo, tantum contingens est, virtualiter; ergo non potest denominare deum formaliter realiter amantem libere. maior probatur in ipsa distinctione virtuali: distinctio enim virtualis quia tantum est distinctio virtualiter non potest denominare essentiam, et paternitatem formaliter, et realiter distinctas: quia id quod est in se tantum virtualiter non potest constituere formaliter aliud sub aliqua ratione

unde fiet, quod hæc contingentia, quam in Deo ponimus, quum sit tantum virtualis, non poterit denominare Deum formaliter libere volentem, neque constituere denominationem formalem libere volendi.

Respondetur concedendo maiorem, et distinguendo mi: Sed volitio Petri, quæ datur, in Deo, tantum est contingens virtualiter in entitate concedo mi: in denominando, sive, in reddendo suum effectum formalem: nego. Et deinde negandas est consequentia. = Explico hoc. aliud est illam volitionem, in Deo residentem esse in entitate sua contingentem, et aliud est contingenter denominare, sive reddere suum effectum formalem, aut quasi formalem. Asserimus multoties, et modo asserimus non esse formaliter in entitate sua contingentem, sed tantum virtualiter, quia formaliter non potest deesse Deo illa volitio Petri, &.

Unde in hoc sensu non constituit Deum habentem volitionem formaliter in entitate contingentem, volitio vero illa, quæ est virtualiter in entitate contingens, id est ita se gerit, ac si in entitate deficeret, est contingens formaliter in denominando, id est, potest formaliter non denominare, quia potest non reddere suum effectum formalem. contingentia ergo formalis in denominando

et in reddendo suum effectum formalem, oritur, ex contingentia virtuali in Entitate, nam ex eo, quod in Entitate virtualiter deficiat, praestat ratione eius contingentiae virtualis, quod praestaret Entitas formaliter deficiens, sicut ergo si deficiat Entitas formaliter defectibilis, non potest reddere suum effectum formalem: ita si deficiat virtualiter Entitas formaliter indefectibilis, non potest reddere suum effectum formalem.

Caput 5.m

alijs satisfacimus.

Objicies 6.o nil aliud est velle formaliter ~~velle~~ contingenter, quam habere volitionem formaliter contingentem, sed Deus iuxta nostram doctrinam non habet volitionem formaliter contingentem; ergo non potest velle formaliter contingenter. hoc argu: nullam de novo auget difficultatem; proponendum tamen fuit, ut nostra doctrina saepius repetita, magis auditorum mentibus innotescat. Respondetur 1.o distinguendo ma: nil aliud est velle formaliter contingenter, quam habere volitionem formaliter contingentem in Deo: nego ma: in Creaturis Concedo maiorem. Respondetur 2.o distinguendo eandem maiorem: nil aliud est velle formaliter contingenter, quam habere volitionem formaliter contingenter in essendo: nego ma: quam habere volitionem formaliter contingenter in denominando: Concedo ma.

Objicies 7.o sequitur ex nostra doctrina, quod sicut Deo Concedimus hanc contingentiam virtualem, ita debemus admittere Deum esse accidens virtuale, corpus virtuale, et alia huiusmodi; hoc autem admittere est cum indignitate sentire de Deo; ergo non debemus admittere hanc contingentiam virtualem. maior probatur. quia ratio propter quam admittimus Entitatem divinam esse virtualiter contingentem, et quia Entitas

divina se habet, ac si deficeret; sed volitio divina se habet instar formae accidentalis denuo advenientis, et realiter productae: quod propter eandem rationem Deus, poterit appellari accidens virtuale, et alias huiusmodi denominationes subire. Haec, et similia argumenta proponuntur ad captandam auram popularem et concitandum Tyronum animos contra nostram opinionem.

Respondetur quidquid sit de aliis praedicatis, et denominationibus, dari specialissimam et urgentissimam rationem, ad concedendum in Deo hanc contingentiam virtualem; nam ex fide scimus Deum habere actus liberos et ex alia parte scimus actum liberum non posse explicari sine aliqua contingentia; quum autem in Deo, non possit haec contingentia esse formalis, recurrimus ad contingentiam virtualem, quae nullam imperfectionem importat. Deinde quum ratio non urgeat ad concedendum Deo, aliquam perfectionem, ratione cuius praestet quidquid accidens formaliter praestat, et quidquid Leo et Corpus, et alia huiusmodi formaliter praestant, non est ratio ad concedendum Deum esse accidens virtuale, Leonem virtualem, Corpus virtuale et alia huiusmodi.

Ubi notandum est, Deum, continere quidquid creatum est eminenter, ut communissimum est inter Theologos, non tamen necessarium est, quod formaliter praestet, quidquid praestant formaliter omnia creata, itaque non se gerit Deus in ordine ad aliqua praedicata sui, ac si accidens esset, et ac si Leo esset, et praeterea non est aliqua perfectio in Deo, quae non possit stare sine praedicato.

H H H H H

accidentis virtuali, et sine praedicato Leonis virtuali; unde est, quod ut aliquod virtuale in hoc sensu in Deo adstruamus, debet esse tale, ut absq. illo virtualiter existenti nō possit stare aliqua alia Dei perfectio formalis.

Objicies 8. notando nos insequenter procedere, nam controversia 3a disp. 4a docuimus in Deo nō dari principium virtualiter productivum volitionis identificatae cum Deo, et modo asserimus dari in Deo hanc contingentiam virtualem in volitione realiter identificata cum Deo. sic gd. argumentum contra nos instrui potest: in Deo datur contingentia virtualis, quae ita se gerit, ac si haberet formas formaliter defectibiles et contingentes: gr. et in Deo dabitur principium virtualiter productivum volitionis naturae, quae ita se gerit, ac si formaliter produceret volitionem naturae. consequentia videtur a paritate inferri: nam illa ratio, quae urget ad asserendum entitatem illam volitionis mundi esse virtualiter contingentem, urget ad asserendum esse virtualiter productam, quamlibet aliam divinam volitionem.

Respondetur nostram doctrinam, non esse insequentem; nam loco citato inquirebamus, an beneficio distinctionis virtualis possit inveniri in Deo, ratio formalissima producentis et producti; sive an Deus univoce conveniat, cum creaturis quoad praedicata absoluta, in ratione producentis et producti, sicut univoce convenit in capacitate formali ad duo praedicata contradictoria. asseruimus, et modo constanter asserimus in Deo nō inveniri beneficio distinctionis virtualis rationem formalissimam producentis, et producti, neq. dari eam univocam convenientiam cum creaturis, in ratione producentis et producti.

neq. ad id iuuare distinctionem ulla virtualem, quamuis
iuuet ad capacitatem formalem ad duo praedicata contra
dictoria, et ad conuenientiam uniuocam in ea capaci
tate, cum entitatibus creatis formaliter, et actualiter
distinctis.

Cum quo optime stat, quod deus modo emi
nentissimo sine contingentia formali in praedicatis secum
identificatis ita se gerat, ac si esset formaliter in
illis contingens, quia hoc, non est ponere aliquam realem
distinctionem, aut imperfectionem, in diuinis praedicatis
cum ea eminentia diuinae perfectionis excludat omnem
omnino imperfectionem, quae in praedicatis formaliter
contingentibus inuenitur. admittimus ergo contingentiam
virtualem, et excludimus principium virtualiter pro
ductiuum, quia principium hoc in sensu illius disputa
tionis acceptum importat rationem formalem producentis
et producti, et sequitur realem distinctionem inter praedi
cata absoluta. contingentia virtualis in sensu huius
disputationis accepta, neq. realem distinctionem, neq.
aliquam aliam imperfectionem inuoluit.

Pro complemento
huius difficultatis, et pro maiori illius intelligentia
rogabis, an deficeret deo aliqua perfectio, quando
deficeret realis et formalis denominatio amandi
libere mundum; nam negari non posse, videtur esse ali
quam perfectionem denominationem illam formalem libere
amandi; hoc autem deficit ex defectu virtuali di
uinae volitionis, ut iam explicatum est; asserendum ergo vid
etur, posset deo deficere aliquam perfectionem
formalem. Rursus: si recurramus ad defectum virtualem

rogabis, an defectus ille virtualis sit defectus alicuius perfectionis, saltem virtualis, nam si aliquomodo Entitas illius volitionis mundi et ~~aliqualiter~~ virtualiter defectibilis potest deficere illius perfectio saltem virtualiter, et consequenter a Deo aliqua perfectio illius, aliquomodo deficere potest.

Ad 1.o omnem volitionem, in Deo formaliter existentem, esse formaliter indefectibilem, quia omne praedicatum divinum est formaliter indefectibile, et consequenter Deus est formaliter aeque perfectus sive denominetur sive non denominetur formaliter libere volens mundum. in quo multum distamus a Caetano, et ab aliis, qui dicunt, aliquid Deo intrinsecum et formaliter cum Deo identificatum, esse formaliter defectibile. hii enim omnes non consulunt divinae perfectioni, quod quidem asserunt praedicatum illud volitionis formaliter esse defectibile, licet verum sit, quod hinc et inde defendere conentur, quod Deus maneat cum aequali perfectione Entitativa, sive habeat actum volitionis mundi, sive actum nolitionis. nos autem apprime consulimus divinae perfectioni, qui asserimus omnem actum formaliter cum Deo identificatum, non posse formaliter deficere.

Ad 2.o denominationem illam formalem libere volendi mundum, nullam ratione sui dicere perfectionem, absolute et simpliciter talem. ratio est, quia id dicitur perfectio ratione sui, absolute, et simpliciter talis, quod melius est existere formaliter in se, quam in se non existere; sive cuius existentia formalis in se, praeponderat ipsius non existentiae Deum existimationem prudentem, et rectam electionem: Et non est quid

quid melius, quod Existat formaliter denominatio libera, condendi mundum, quam quod non Existat formaliter, et in se, dummodo Existat virtualiter in Entitate divinae volitionis, potenti denominare formaliter: quia denominatio libera formalis condendi mundum nulla ratione sui dicit perfectionem absolute, et simpliciter talem hanc doctrinam Ingeniose comprobat, et Illustrat, Rr. quidam huius nostrae Provinciae Ingenio non vulgaris.

Unde Deus, non est melior, nec maius, ac nobilius Ens, ex eo quod determinate vellet libere mundum, formaliter condere, quam si determinate noluisset, quia non crescit in Entitativa perfectione, ex eo, quod vellit, aut nolit determinate libere mundum. neque Ex hoc Infertur actum Dei liberum, quo determinate vult condere mundum, esse Imperfectum, quia Ex denominatione illa libera condendi mundum, Deus non fit deterior, aut minus bonus. hinc tandem Respondeo 3°. defectum illum virtualem non esse defectum alicuius perfectionis in Deo, nam solum potest dari defectus, quoad denominare non quoad Existere alicuius perfectionis divinae atqui defectus denominationis, non arguit defectum alicuius perfectionis: quia attamen cum quo stat quod defectus formalis attributorum, et relationum quae Eminenter continentur in Essa divina, arguerent defectum perfectionis in Deo, quia melius se habet Deus, cum sapientia actuali, quam sine illa.

Disputatio 6a

aliquae divisiones divinae volitionis

Divinae volitionis percurrentur.

Caput 1m

an in deo detur aliqua voluntas inefficax.

in praesenti loquimur de volitionibus illis, quae tendunt in assequtionem alicuius obti. unde non loquimur de simplici complacentia, qua deus nario iuxta nostram sententiam complacet in creaturis possibilibus, quia per hanc, deus non tendit in assequtionem sui obti; potius enim ea complacentia suum obtum adaequate supponit, nam supponit intrinsecam possibilitatem creaturarum, in qua deus complaceat; ex quo fit, quod ea simplex complacentia a voluntate inefficaci distinguatur, quod quidem per voluntatem inefficacem tendit ad aliquod obtum assequendum. neque in praesenti loquimur de gaudio, quia quum gaudium supponat existiam obti, non potest deus per illud tendere ad comunicandum illi existiam. totus ergo noster sermo est de volitionibus liberis, quibus deus pergit ad aliquod obtum in re ponendum; at in primis sese offert voluntas inefficax, quae potest carere effectu, quum tamen vere, an deus tendat in existiam alicuius obti ponendam. at quaestionem hanc comunitur versant theologi in ea voluntate generali quia salutem omnium hominum, quam expressit divus Paulus, dum inquit, deus vult omnes homines salvos fieri; et ideo nos ~~in hac~~ de hac

voluntate inefficaci loquemur. Gregorius in 1°. distinc: 46. negat voluisse deum saluare eos quos de facto non saluat. Cayetanus ad hunc locum Pauli, et Marcilius dicunt eam voluntatem a diuo Paulo expressam esse voluntatem signi non autem beneplaciti, hoc est, deum ita se gerere, ac si vere illud vellet, re tamen ipsa id non velle. huius etiam est sententiae Basilius Legionensis Quaesti 6a scolastica; Cap: 12°.

Contraria sententia vera est, ac proinde nobis dicendum dari in deo, veram et propriam voluntatem inefficacem; ita Sanctus Thomas articulo 6°. quem fere omnes Thomistae sequuntur. videantur ex nostris Pater Valentia, Pater Molina, Pater Vasquez. Pater ~~Salas~~, Suarez, quos adducit et sequitur Pater Arriaga disp. 25. sectio 3a. scio Augustinum tomo 3° in Chiridio Cap. 103. explicare 1°. locum illum diui Pauli non de omnibus hominibus vrliter sed de illis, qui saluandi sunt. Caeterum quia hoc explicatio non ita persona diuo Paulo videbatur, explicuit 2° illum locum, non quod voluerit deus saluos fieri omnes homines vrliter, sed ex quolibet hominum statu aliquos, sicut dici solet, omne animal fuisse in Arca Noe.

dari ergo in deo voluntatem hanc inefficacem probatur, quia Ezechielis 33°. dicitur, nolo mortem peccatoris sed magis ut conuertatur, et viuat. Item 1a ad Thessalonicenses dicitur: hoc est voluntas dei sanctificatio vestra.

atqui hæ voluntates aliqd̄o nō Implentur; qdoqdē
neq; semper hōō, in gratia vivit, neq; semper sanctifi
catur; q.d. dantur in deo voluntates inefficaces, hoc
est, quæ nō semper, cū obto intento jungunt̄ur, quū tamē
tendant ad comunicandū illi existiā. et huius conditionis
est voluntas illa generalis, de salute omniū hominū exp
ressa a divo Paulo. = Confirmatur, q.a in oratione Domi
nica dicitur, fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in
terra; esset autē inepta ea distinctio Xpi domini, qua
insinuat dei voluntatē, in cælo semper fieri, nō autē
in terra, quū in contraria sententia, nō minus in
terra impleatur, quā in cælo;

Probatur 2o: voluntas
illa, de qua loqtur divus Paulus, nō est solū voluntas
signi, sed bene placiti, et habet pro obto salutē omniū
hominū: q.d. est voluntas inefficax, et pequter in deo admit
enda est voluntas inefficax. ant. probatur 1o quoad 1a
partē, q.a alioqui deus esset nugax, et illusor, qui
toties iactat se hominibus optare salutem, quū tamen
revera nō optet, si ea voluntas esset tantū voluntas
signi. 2o. q.a verba scripturæ, cū omni proprietate
intelligenda sunt, qdo nullū imminet absurdū; hic autē
nullū imminet absurdū, si dicamus ea voluntatē nō
esse pure signi; q.d. ea voluntas de qua loqtur divus
Paulus, nō est solū voluntas signi;

Probatur quoad 2a ptē
1 q.a d. Paulus aijt, gratū esse deo orare pro omni
bus, et reddit pro ratione deū velle salutē omniū
hominū; sed d. Paulus aijt, gratū esse deo orare pro
omnibus in universū, et nō solū pro aliquibus ex quo
libet hominū statu

qr. Deus vult salutem omnium hominum, et non solum ali
quorum ex quolibet statu, 2°. qa ad adducit
Xpum dominum esse mediatorem et suam vitam pro omni
bus obtulisse; sed Xpus dominus non solum fuit me
diator, et vitam suam obtulit pro aliquibus, ex quoli
bet hominum statu, sed pro omnibus in universum: qr
att. ex quibus deducitur hanc voluntatem esse inefficacem
quae potest carere, et re ipsa caret effectu: qr
Deo concedenda est voluntas inefficax.

inefficax est volitio ponendi obtum, obicies volitio
volentis: qr si in manu eius sit ponere illud
obtum semper illud ponet. atqui in manu dei est
ponere quodcumque obtum: qr eo ipso, quod cupiat
illud poni, debebit illud ponere, et sequitur ea vo
luntas erit efficax. Confirmatur: si quis velit serio
aliquid fieri, et illud non faciat, aut arguitur in
ipso impotentia, aut mutabilitas: qr Deus non po
test velle aliquid, quod non exequatur; Respondetur
distinguo Ant. volitio inefficax, est volitio ponendi
obtum, quantum est ex parte volentis omnino resolutorie,
nego Ant: non omnino resolutorie: concedo:
Ant:

Itaq. non est inconveniens, quod agens om
nino liberum in productione, aut non productione
Creaturarum, tendat per talem amorem in existiam
Creaturarum, ut non cogat se, ad earum existiam,
qa talis amor non est ardentissimus, sed tempe

ratus. Unde nō existentia effectus, nō debet reduci in defectū virtutis dei, sed q.a ipse nō voluit pro sua libertate ad id se cogere, cū quo stat, quod ea voluntas sit talis, ut cū ea possit iungi effectus, quod quidē per eā dispensat deus omnibus auxilia sufficientia ad salutē consequendā, quibus si hoc resistat, eaque bene poterit ea voluntas iungi cū negatione effectus; et consequenter vere, et proprie ea voluntas est inefficax, et nō omnino resolutoria. Hinc ad confirmationē facilis est responsio, quod quamvis deus velit serio salutē omniū hominū, nō tamē eam vult omnino resolutorie.

Comuniter dici solet eā voluntatē esse efficacē, quātū est ex parte dei intendentis, carere tamen effectu, q.a creaturæ pro sua libertate nō operantur sub auxilijs; dependet enim ut effectū consequatur, a cooperatione libera creatæ voluntatis. nō mihi omnino placet hæc responsio, nā si ea voluntas esset efficax ex parte dei intendentis omnibus daret gloriā, nō obstante libertate creatæ voluntatis, q.a deus novit per scientiā mediā infinitas series, et circumstanciarū combinationes, in quibus voluntas creata sub auxilijs indifferentibus esset responsura, et consequenter semper creatura gloriā consequeretur; ad Augustinū respondeo sanctū doctorē sententiā retractasse, libro de spiritu, et littera, capite 33. ut observant nostri doctores.

Caput 2.m

aliæ divisiones.

Dividitur volitio divina in volitionē signi, et beneplaciti. huius divisionis meminit Sanctus Thomas in Quæsti 19

articulo 1° ut ea communiter amplectuntur theolo
gi. Cuius explicatio ita liquet ex dictis in capite
praecedenti: voluntas signi dicitur, quae sciatur esse in deo,
quibusdam rebus, aut verbis, quum tamen revera non
sit, ut externa punitio, v. g., significat in deo ira
cundiam, quum tamen iracundia in deo non sit; haec
voluntas in pluribus prophaeticis cominationibus conti
netur. Voluntas beneplaciti, vere et proprie da
tur in deo, ratione cuius deus fertur in bonum, in
quo complacet divina voluntas. Et haec proprie
dividitur in efficacem, et in inefficacem, in absolutam,
et conditionatam, et in alias satis frequentes divi
siones.

Voluntas conditionata potest esse talis, tam
ex parte actus, quam ex parte obti, et potest esse talis
solum ex parte obti, quum sit absoluta ex parte actus.
Voluntas conditionata tam ex parte actus, quam
ex parte obti, non dicitur, sed esset, si talis conditio
poneretur, v. g. si Judas mortuus fuisset in
gratia, deus habuisset decretum exequutivum,
quo illi gloriam conferret. Haec voluntas non exp
licatur per verbum de praesenti. Volo, quum
nullus eiusmodi actus de praesenti in voluntate
reperiatur, sed per verbum vellem, vel habebo talem
actum, si sit conditio. Voluntas conditionata ex
parte obti, et absoluta ex parte actus est,
quae quum re ipsa sit de praesenti in voluntate
fertur tamen in rem non nude sumptam, sed aliqua
conditione vestitam. v. g. Desiderio dare tibi
centum si tradideris mihi equum; hic actus, quia
hic, et nunc, et absolute datur in voluntate

vocatur absolutus, ex parte actus, et conditionatus ex parte obti. q.a respicit obtu sub conditione traditionis. & ego difficultas, an deus de facto, habeat aliquas volitiones absolutas ex parte actus, et conditionatas ex parte obti, v.g. an deus descernat in praesenti, Ego volo efficere hoc, si talis conditio poneretur. Opinione negativa sequitur pater granad. tractatu 4 de voluntate disp. 2a, eandem amplectitur pater vasquez disp. 67 capite 4o ex eo ductus quod actus liberi in deo requirant aut compleantur per extrinsecam mutationem in creaturis, hoc fundamentum judico debile; tum q.a dei actus liberi, diversi nullam requirunt mutationem extrinsecam in creaturis, ut iam supra probatum est, tum q.a familiare & extrinsece denominatoribus, quum variatio omnis abest, ad quandam dei revelationem confugere.

at quidem quamvis demus non sufficere, neq. dari aliquam revelationem aut promissionem, sufficiens variatio videtur esse futurum ipsum conditionatum, q.a sicut hoc sufficit ad ~~suffici~~ scientiam conditionatam liberam, ita sufficit ad hanc volitionem quum non minus scientia, quam volitio possint deficere. ~~qua~~ Cum hoc tamen discrimine, quod volitio est immediate, et formaliter libera. scientia vero non, id quatenus supponit obtum formaliter defectibile

et pertingens

ideo ergo iuxta hanc Patrij Vasquez Opinionem, voli
tio libera absoluta ex parte actus, et conditionata
ex parte obti peteret variationem absolutam, quia existia
eius, et denominatio est absoluta, et si circa rem
conditionate futuram: sed scientia de futuro conditio
nato, est etiam absoluta, et exercens denominatio
nem absolutam, et si circa rem conditionate futuram:
quia tam volitio, quam scientia, eandem variationem
exposcunt.

Existimo ergo 1.° dari in deo volitiones ali
quas absolutas ex parte actus, et conditionatas ex
parte obti, praesertim circa obta existentia: ratio
est, quia haec voluntas est maxime honesta, et declarans
dei affectum quia creaturas: quia concedenda est deo,
et huius conditionis est voluntas illa generalis sal
uandi omnes homines a Diuo Paulo expressa,
et illa quam Ezechielis capite 18.° insinuatam
videmus. si impius egerit poenitentiam, omnium
iniquitatum eius non recordabor. et aliae huiusmodi,
quae in alijs scripturae locis occurrunt. et quamuis
contendant aduersarij ex his testimonijs non
colligi volitiones actualiter, et de praesenti
existentes, sed solum, quae essent, si conditio
poneretur: negari tamen non potest esse maxi
me honestas, et indicare maximum dei affectum
quia homines. Ex quo asserimus eos de facto esse
in deo ponendas

11 ader

in Deo ponendas quum, ea, scripturae testimonia cum omni proprietate intelligenda sint.

Existimo 2°. circa alia obta, quae, de facto nullo modo existunt valde dubium esse, an de facto existant eiusmodi volitiones absolutae, ex parte actus, et conditionatae ex parte obti, quae valde dubium est, quidem in divina voluntate extingat. videantur nostri doctores, mihi enim non vacat, meum assensum in unam partem inclinare. hoc mihi est certum. quod eventus conditionati sunt proxime possibiles, et quod existunt creaturae in proxima potentia ad ponendum eas conditiones, hanc voluntatem esse commodissimam, et utilissimam, prout in 1a conclusione loquebamur; unde quidquid sit de alio ordine rerum, defendo in hoc ordine eiusmodi volitiones esse Deo concedendas, quae commendant divinam liberalitatem, et quae habent maximum fundamentum in scriptura.

Objiciunt 1°. decretum absolutum ex parte actus, et ex parte obti conditionatum est illud, ratione cuius nil de praesenti fiet, sed fieret, si talis conditio poneretur; quod tale decretum de facto est superfluum, et otiosum, et consequenter Deo, non est concedendum. ant. est certum, et consequentia probatur, quia nil aliud est esse otiosum de praesenti,

quā nil efficere de præsenti. Respondetur hoc
decretū, etsi de facto existens, nō esse super
fluū et otiosū, quia divinā liberalitatē extollit
et utile est perfectissimæ providentiæ, ut
sic promissio hominibus facta, de gloria confe
renda. v.g. sub conditione meritorū sit
perfectissima, in ratione promissionis, et
ex vi illius determinatur Deus ad conferen
dū media sufficientia ad purificationē con
ditionis. Objiciunt 2°. nō potest in Deo esse
decretū de aliquo bono sub conditione
quæ revera ponenda est: q. falsa est
nostra sententia. Ant. probatur, quia
tale obtū ut pote, absolute extiturū
terminat decretū omnino absolutū; sed
frustraneū est descernere per decretum
conditionatū, quod descernitur per de
cretū omnino absolutū: q. tale obtū
nō descernitur per decretū conditionatū.
= Respondetur negando ant. quia licet decretū
hoc conditionatū nō sit requisitū ad existiam
obti, quia sufficit decretū absolutū, quod
modo omittimus; potest tamen ~~satis sub~~
~~tile esse~~

satis utile esse, quod Deus praemittat decretum conditionatum pro signo antecedenti ad determinationem conditionis: si enim Deus, antequam determinet Petrum descedere in gratia, statuat; ut casu quo descedat in gratia, consequatur gloriam, poterit ex vi talis decreti, moveri ad descernendum hunc decessum in gratia, ut bonum gratiae coniungatur cum bono gloriae,

Obiciunt 3°: Divinum decretum ordinatur ad efficiendam rem volitam: sed decretum conditionatum non ordinatur ad efficiendam rem volitam: ergo non datur in Deo huiusmodi decretum. Confirmatur: decretum conditionatum nullam potest habere efficacitatem; nam vim non habet efficiendi conditionem, et posita iam conditione, nariu est aliud decretum absolutum, quo executioni mandetur obiectum. Respondetur decretum divinum ordinari ad efficiendam rem volitam iuxta naturam suam; si decretum est absolutum, absolute ordinatur; si decretum est conditionatum, conditionate ordinatur. Praeterea decretum illud absolutum ex parte actus, et conditionatum ex parte obti salvandi

omnes homines determinat Deum ad conferendum
media sufficientia ad salutis consequutionem
et consequenter ea ordinatur ad efficiendum
aliquid. = ad confirmationem respondetur
non esse naria alia voluntate exequente
posita conditione distincta ab ea voluntate
conditionata: et quamvis naria esset prior
determinaret ad aliam ac proinde saltem medi
ate efficeret suum obtum. # et hic tandem au
ditores disputationibus nostris de divina
voluntate finem praefigamus. Cedant
huc usque dicta in laudem omnipotentis
Dei. Spiritualatque virginis mariae virgi
nis absque labe, et noxa, in primo etiam
instanti suae conceptionis praeservatae, et
conceptae in pervigilio sanctorum apostolorum
Petri, et Pauli. 28 Junij de 1663

P. me. Guilielmum Nolosto Collegij
Hybernorum Hispalensis alumnum.

Index.

Contro

solum cum peccato originali descendentibus nulla fuit con
versio nec delectatio q̃ nec poena sensus.

Sed Dicetis quamuis in pueris non sit conversio actualis est
tamen habitualis ppr̃ quam ex Aug.o quamuis non dicantur
concupicentes dicuntr̃ tamen concupicibiles l. proni q̃ ppr̃ hanc
pot̃ eis redi poenas sensus. huic argto Rt̃ S. Th.s q.e 5.a malo
art.o 2.o in corp.e 3.a rat.e quam affert dicens qd ppr̃ dispositionem
habitualem nullus iuste pot̃ puniri poenas sensus, nullus em̃
iuste suspenditr̃ l. aliqua alia poena cruciatr̃ ppr̃ habitus pra
bos; pot̃ tamen iuste puniri poena damni, iuste n. aliquis pribatr̃
dignitate ecclesiastica ppr̃ ignorantiam habitualem, precipue
cum in vera senia in 2.a q.e explicata concupicientia a qua
proni dicuntr̃ pueri non sit aliqua qualitas superadita pra
ter pribationem iust.ae quia q̃ in Adamo praeter peccatum na
turae cui non debebatr̃ poena sensus ut priori rat.e probatum
est, reperitr̃ peccatum actuale ideo illi debebatr̃ poena sensus
in alia vita.

Sed Dicetis quamuis in pueris non reperiatr̃ auersio actualis
Adami reperitr̃ tamen reatus correspondens auersioni qui est,
pribationis grae et gloriae, q̃. quamuis non reperiatr̃ conuer
sio actualis Adami poterit tamen reperiri reatus correspon
dens huic conuersioni: qui est reatus poenae sensus, aut reden
da est ratio dr̃iae. R.o et pro solut.e legendus est Durd in 2.o
d. 33.a q.e 1.a ubi conatr̃ redere r̃oem dr̃iae petitae argto proposito
dicens qd sicut est intelligibile qd aliquis accipiat pro se et pro
posteritate sua aliquod beneficium gratis collatum et qd dis
ponendo se ad huiusmi beneficium pro se et pro tota posteritate
redatr̃ dignus et pro se et pro tota posteritate illius beneficii, ita
facille intelligr̃ qd admittat per culpam commisam contra au
thorem beneficii pro se et pro tota posteritate redat q̃ se et to
tam posteritatem indignam tali benefitio, quia sicut in
alio in quo solum erat virtualr̃ accepit beneficium et
fuit illius dignus ita in alio amissit reditus q̃ est indig
nus, sed inintelligibile est qd iuste aliquid patiatr̃ ali
qua passione in se ipso aufferente integritatem nat.ae debitam
qui non in se ipso sed in alio solum in quo virtualr̃
erat egit, et ita ppr̃ conuersionem alienam illius
in quam in quo solum erat virtualr̃ non pot̃ pati
in se ipso poena sensus, et ita non poterit transfundi reatus
poenae sensus.

Sed dicetis ut imp[illegible]are qd in parbulis sit poena damni
et non sit saltim aliqua poena sensus, saltim interioris aflic
tionis et tristitiae ex amissione tanti beneficii scil. carentia

diuinae

SUPEREST Iam explicemus q̃ nalis fuerit pœna a Deo inflicta pro peccato originali, sed cum tam in hac vita q̃ nam in futura pro hmõi peccato sit debita pœna, principio ex dictis facillime colligemus q̃ nalis fuerit pœna in hac vita imposita sæpe enim in superioribus dictum est q̃d privatio iust.ª originalis et effectum q̃ vi ab ipsa iust.ª proficisci habent fuit pœna a Deo imposita hmõi aũt pœnas diffuse explicuimus in 2ª q.ª dum ageremus de virtutibus nat.ª inflictæ recolite quæ ibi diximus. q̃ pœna aũt nat.ª mors et cæteri defectus q̃ vi ad ipsam ordinantur habent rõem pœnæ cum sint quidam defectus q̃ vi ipsam naturam consequuntur optime explicat S. Th.s (a 2æ. q. 85. ar.º 5º et 6º et q.ª 5ª de malo art.º 4º et 5º, et 2ª 2æ. q. 164ª art.º 1º et 2º in quo frigidatum explicat pœnas a Deo impositas q̃ vna continebit Genes. 3º.

Superest explicemus q̃ nalis sit pœna quæ post hanc vitam infligenda. Dubũ aũtem est an debeamus peccato originali pœnam damni carentiæ visionis divinæ quæ est nostr.ª author in 2º d. 33.ª Durd eadem distinct.ª q.ª 3ª D. Bonau.ª in eadem d. art.º 3º q.ª 1ª S. Th.s q.ª 2ª et q.ª 5ª de malo tribus primis art.is Gregorius Ariminensis cæ. dist.m 30. in hac q.ª concl.º affirmativa est cõis sententia theologorũ aũt animadvertunt Doctores citati et habetur in cap.º maiores de baptism. et eius effectus, et est expressa sententia D. Bernardi sermone 3º de resurrectione probant aũt hanc sententiam authoritatibus recitati multis rationibus sed brevitatem studens vnam aut alteram afferam quæ sufficiat colligi dictum est n. q̃d 1º. peccatum p.i parentis solum fuit nat.ª in hac vita exspoliata gratuitis nãlia integra permanserunt sic vi ex defectus pœnalis consequutus in quibus sunt qui naturæ ipsæ derelictæ conveniunt q. et post hanc vitam dñ est natura solum esse exspoliatam gratuita remissione divina permanentibus integre q̃ ea ad ipsam naturam pertinent q̃d fieri non posset si pateretur pœnam sensus.

Confirmo q̃ nia pœna sensus correspondet conversioni actualis et delectationi quæ est in hmõi conversione, ut videnti colligere ex Apocalipsi 18. cap.º q̃ quantum glãm dedit tatus fuerit etc. et ita in scripta nunq̃ fit mentio pœnæ sensus nisi p.r culpam actualem conversionis aut omissionis, et ita expresse docuit S. Th.s 1.2æ. q.ª 87. art.º 4ª. Sed in pueris

Primo Ergo breuissime inquirenda est q̃ uiditas iust.ª ori
ginalis. De hac re legite nrum authorem in 2º. d. 29. Dur.
in 2º. d. 20. q.ª 5.ª. 5. Th.ª 1.ª p.te q.ª 95. art.º precipue 1.º et
q.ª 100. Solum lib. 1.º de ~~iust.ª~~ nat.ª et gratia. c. 5. et 6. Cor
dubam lib. 1.º q̃ stionarij q.ª 46. in princ.º q.ª in hac dubit.ª
principio oēs Authores conueniunt explicantes q̃ ecclis iust.ª origi
nalis nam oēs attenti per iustitiam originalem nō cuntatem
subditam fuisse Deo uires inferiores rat.i et corpus alē, oēs et con
cedunt q̃d stante 1.ª subiectione nō cuntatis ad Deum alię et
Dua subiectiones stabant, p̃ soluta nº. 1.º alia et p̃ solubebant.
Discentiunt aūt nam S. Th.º expresse docet 1.am subiectionem
nō cuntatis q̃ę erat causa aliaꝝ esse supernalem q̃ia alię
subiectiones q̃ naꝝ 1.ª erat causa erāt supernales alias n. re
manssissent post peccatum cum nālia integra permansserint.
etiam in pecoribus (ut ex Dionysio supra retulimus) q̃ia
1.ª subiectio erat supernalis iustitiam originalem eius causam
ponit, q̃ habitatem et q̃ uia in eius genia 1.ª qualitas supēr
nalis est gratia q̃ ua cętera proficiscuntr̃ sicut p̃dē ab
ē. iustitia est q̃d in eius genia iustitia originalis idem sit
q̃d gratia gratum faciens et eius primarium subm̃ sit ess.ª
et per consequens pribationes eius, ut expresse fatetr̃ 1.ª 2.ª
q.ª 83.ª art.º 2.º in R.m ad 2.m refert aūt esse exactum rōem
1.ª 2.ª q.ª 113.ª art.º 1.º p̃ q̃ dicatr̃ iust.ª hęc qualitas su
pernalis, q̃ nunquam non sit habitus iustitię in rege. q̃ia
facit hęc qualitas rectitudinem ordinis intrinsecę interiori
gressorum hōis subiicientis nō cuntatem Deo uires inferiores
rat.i corpus alē, iust.ª dr̃ nam ē ex Arist.e 5.o ethic. c. 1.º
hęc rectitudo ordinis in interiori gressib.s hōis iust.ª analo
ce, q̃uia nº cętera uirtutes ut fides, spes etc. solum
dinem actus alicuius p̃dē. ideo illa q̃ualitas
non potuerat ab eis denominari, nec istę q̃ualitates supernales
perficientes p̃dās solas p̃dē sici iust.ª merito, dr̃ etiam donum ęt.ª
specifice q̃ nunquam non esset exprincipijs nat.ª causatum, q̃uia eo
ctum fuit huiusm.i donum in primo parente tot.i nat.ę dr̃ posteno
originale non q̃ per uirtutem seminis per generationem esset trans
fundendum in posteros, sed q̃uia in istanti generationis. c. era
tionis alę erat a Deo infundenda huiusm.i donum, sed sicut
gratia nº. reditis aliis uirtutibus supernalis q̃ua abea proci
discuntr̃ p̃xime causat rectitudinem nō cuntatis et aliaꝝ, p̃daꝝ
ita iustitia originalis. et ita facille intelligetis rōem p̃ quam
nus sit una simplex q̃ualitas supernalis in ess.ª alę existens
potuerit causare plures rectitudines explicatas. ÷

Durandus.

qd sit ab alio ipso passiue solum concurrente, et ita inuoluntarie, si aut aliquando conceditur a sanctis qd peccatum est pena peccati non formaliter nec per se, sed per accidens et causaliter cum expresse docet idem author eodem loco qi scil. causat poenam i. effectus poenae scil. subtractionem gratiae quae est remoueni prohibens sed de hac re latius dicemus inferius, et hec satis tan de peccati originalis quiditate quam de eius effectibus imo de omnibus effectibus peccati actualis.

Caetera quae inquiri solent de peccato originali circa eius quiditatem facilem hent solutionem, constat n. solum esse unum peccatum qd origine transfussum unicuiq inest proprie, quia 1m peccatum Adami qd est causa reatus in natura existentis unum est, quare aut inscriptura in num. plurali significetur opt. explicat S. Thomas 1a 2ae q. 82. ar. 2o. ad 1m et in solut. ad 2m. opt. explicat quarat. Et sit unum peccatum possit esse causa ut remouens prohibens multorum effectuum, sicut disolbens armoniam mixti est per accidens causa omnium motuum elementorum, ita qd est causa dispossitiua et demeritoria consonantiae iustitiae originalis sicut remouens prohibens est causa actionum inordinaturam quae a poiis sibi ipsis derelictis proficiscuntur. Constat et quo pacto sit aequalis omnibus quia reatus causa est aequalis omnibus, legite S. Thm. art. ult. q. is proxime accitatae.

CAPUT TERTIUM.

De Subto Primario Peccati originalis

Superest [illegible] accedamus [illegible] id qd 4o. loco tractandum proposuimus [illegible] est qd sit subm primarium peccati originalis de hac re legite authores scholasticos in 2o. d. 31. Durandum q. 3a S. Thm. 1a 2ae q. 83a per uarios art. et ibidem Caietm. Haec q. dependet ex alia, quia cum peccatum originale ex horum authorum senia sit pribatio iustae originalis, et habitus et pribatio ad idem subm pertineant, illud n. erit subm primarium peccati originalis in horum senia qd fuit iustae originalis sibi optae et haec q. dependet ex alia qua inquiritur quid sit iustae originalis, quemadmodum in disputa de gra diximus eandem dificultatem hre q. em quae inquirit an gratia et charitas distinguantur, et an hant idem subm, nam distinguentes gram a charitate ponunt eam primario in essa aiae, charitatem uo. in uoluntate, alii uero tan gram qz charitatem in uoluntate.